

pora varia morborum antidota contruxit in lapidibus, & herbis: ita ad sanandas animarum infirmitates ut plurimum virtutum posuit in verbis: loquor de Verbo Divino, quod Origenes (*hem. 1. in Ps. 37.*) vocat animarum medicinam: de Verbo Divino, quod S. Hieronymus (*in Preb. 31.*) nuncupat scutum contra hostes Christianæ fidei fortissimum. De Verbo Divino, quod S. Chrysostomus (*hom. 20. ep. imp.*); dicit esse fecundas pluvias, quibus humana corda ad uberes virtutum fructus ferendos irrorantur. De Verbo Divino, quod S. Augustinus (*in Ps. 7.*) nuncupat cibum fortium, & lac puillorum. De Verbo denique Divino, quod merito comparari potest herbe illi Borith, quæ teste Jeremia contra omnia morborum genera presentissimum est alexipharmacum &c. At enim hic anceps hæreo: si Verbum Dei tantam in se complectitur virtutem, & efficaciam, cur viæ ad cælestem Solyman vacua, & inanes, e contra orci semita referat adeo, ac populosæ sunt? cur plenis furiis bacchantur in orbe seclera? unde tot scandala, tot lascivie, tot invidiæ, & vindictæ studia? cur deficit inter conjuges fidelitas, inter Virgines pudor, inter juvenes timor, inter pueros reverentia? cur nulla apud pauperes humilitas, nulla apud divites caritas, nulla in senibus prudentia, nulla apud opifices fidelitas, nulla apud mercatores veritas? cur vitam triumphat, virtus opprimitur? &c. an Verbum Dei deficit? nequaquam: rationem hujus defectus hodie assignat Incarnata Veritas, dum Verbum Dei sub symbolo seminis proponit: sicut enim semen per diversitatem terræ, cui inseritur, diversimode fructificat, ita Verbum Dei per diversitatem cordis, cui ingeritur, aut modicum, aut nullum fructum facit.

2. *Proposio.* Sic ergo: insitimus parabolæ, & indagemus impedimenta, quæ Verbum Divinum infructuosum reddunt, Favete.

Verbum Dei a corde auferitur a diabolo.

3. *Confirmatio.* Quis fructum speret a semine facta vana? duplici enim periculo expositum est, & a pedibus itinerantium concutatur, & a volucribus aeris devoratur. Et quis fructum virtutis expectet a Verbo Dei, si quod in aure solum, non corde recipitur? sicut ergo semen, ut a volucribus secutum sit, terra cooperiri debet; ita Verbum Dei ante cor immergi necesse est, ut infernali accipitur non pateat. Infausta erat fors illius pictoris, cui Joseph condemnationem ad restim prædixerat, eo quod somniaret, panes & canistro, quem capiti impositum gerebat, a volucribus celi sui fuisse ablatos (*Gen. 40.*); & quæ alia, nisi infausta fors expectet illos, quibus diabolus Verbum Dei confestim et memoria eripit? quinam sunt illi? sunt profecto, qui saluberrimas voces non ea via, aut sine, quo dicuntur, aut a Deo ordinantur, excipiunt: sunt Christiani, qui sub ipsa sacra oratione aut

somno, aut confabulationibus indulgent non sine molestia sacri oratoris: deceptio hæc est diaboli: sunt Christiani, qui canes suos domesticos, aut infantes tacere necdum gnaros fecerunt in templa ducunt, illi deum latratu, isti ploratu auditorium turbant: deceptio hæc est diaboli. Sunt Christiani, qui sub sacra exhortatione aut preces fundunt, ut illi cura domesticæ animo volvunt: deceptio hæc est diaboli. Sunt Christiani, qui prædicationem variis censuris taxant, vel nimie prolixitatis, vel affectatæ subtilitatis, vel obcuritatis conceptum, aut demum ex auditu vix aliud quiddam sibi retinere, quam crudum illud: Fuit bonum concipio. Deceptio hæc est diaboli. Sunt Christiani, qui dum pedem e templo efferunt, mox a disculis, & perveris focis ad lusus, ad choreas, ad convivia pertrahuntur, ibi editur, luditur, bibitur, joci, & nuge frequentantur, adeoque facile, quod salubriter auditum est, evanescit, sicut pretiosum balsamum effumatur, dum os ampulla non clauditur: deceptio hæc est diaboli, qui fermentem Verbi Divini e corde eruit, ne radices agat; unde dissevit et Salutaris: Tollit Verbum de corde eorum, non de auribus; novit enim optime stygius verator, Verbum, quod in corde collocatur, non perinde illud, quod in auribus, animabus proficuum esse. &c.

§. II. Verbum Dei apud inverteator nihil efficit.

4. Quis fructum expectet a semine in peram profecto? dum enim radicibus destituitur, brevi perit. Et quis fructum emendationis speret in corde saxo, quod diuturna malle inveterari assuetudine induratum est? sit nonnunquam, ut semen etiam a terra prodeat; sed quoniam humor, & terra deficit, paullo post exarefcit: sit nonnunquam, ut obstinatus aliquis peccator sub sacra concione ingemiscere, veritatem agnoscere, peccatum detestari incipiat; sed quoniam ex una parte vim inveteratæ consuetudinis sentit, ex altera difficultatem victoriæ exhorret, ideo tempore tentationis facile recedit. De hujusmodi intelligi potest illud: *postquam cor suum ut adamantem: Adamas, ait S. Hieronymus (apud S. P. 98.)* adeo durus est, ut omnia metalla confringat, & ipse non confringatur ab ullo. Sed illud mirandum, quod cum tanta sit duritia, per se tamen sanguine hirci confectum mollescat. O quam verum de quibusdam, qui cum indomabilis sint cordis erga Deum, mollissimum tamen sunt ad voces mundi, adamantes cum Deo, molles ad quævis serenum colloquium &c. Sed dubium hic se nihil offert: cur ergo Divina sapientia semen suum in terram sterilem conjicit, in qua pendendum illum certo prævidit? Dubium hoc resolvit S. Chrysostomus (*ap. Manf. hic.*); quia videlicet Deus, quantum est ex se, omnes ad æternæ salutis statum perducere intendit: omnem terram seminat; quæ

amnes ex mala terra, boni per seminis Verbi Dei virtutem efficit proficuum. Agnosce Dei Bonitatem. O peccator obstat! vult Dominus Deus per Verbum suum te ad frugem reducere: quod si successus intentioni non respondeat; ex te culpa est; quia terra es, saxum es. &c.

§. III. Verbum Dei nihil efficit apud avaros.

5. Quis fructum speret a semine profecto inter spinas? & quis fructum virtutis expectet a Verbo Dei lapso in cor divitiæ, acavaris? Spina divitiis dico; sicut etiam spina pungunt; ita divitiæ conscientiam lancinant; sicut spina tanto atrocius vulnerant, quo magis manu confringuntur; ita divitiæ tanto vehementius alligant, quo tenacius conservantur: sicut spina non nisi ad ignem valent; ita divitiæ ignem cupiditatis magis, magisque inflammant: ita expresse S. Hieronymus (*apud Mich. a Calvo serm. 24. §. 2. n. 10.*): *Divitiæ vocantur spina, quia sunt materia ignis, scilicet cupiditatis; si aut enim spina auget ignem, ita divitiæ cupiditatem.* Norandum autem hic singulariter divitiæ ex se malas non esse, sed solum ex illis: dum Dominus Deus Ægyptum punivit terribili illo supplicio, quo aquæ omnes fluminum veræ sunt in sanguinem, ecce, una ad flumen ibant Ægyptus & filius Israël; ille sanguinem, iste aquam hauriebat (*Exod. 7.*); ita in usu divitiarum multum refert, a manu Ægypti, aut Israëlite tractentur; quæ iusto titulo, & cum pauperum subsidio possidentur, a Deo nullatenus improbantur: illæ vero spinæ vocantur, Verbi Divini infusivæ, quæ vel inique sunt partæ, vel inordinato affectu in detrimentum egenorum concervantur. O quoties inclusit id genus Euclo de sacro suggestu audit obligationes restitutionis, ad quas tenetur, summa, quibus iniqua fortuna relictur, nobis merces, quibus invitatur, ut periculosas merces a navi exoneret, antequam naufragio pereat. &c. quid agit? tristatur, suspensa trahit, de cetero res alienas non restituit domino, obvendit mille pretextus, videlicet propriam inopiam, curam familia, incertitudinem consueti debiti, ut citius et penurie aquam, & lana verpes excutias, quam a tenete id genus polypo obolum. O sacri predicatorum, miseret me vestri: si enim unquam alias, certe in hac arena oleum, & operam perditis, id quod diserte monuit vos Jeremias *c. 4. v. 3.* *Ne vate vobis novale, & nolite serere super spinas; supervacane enim labor est serere in corda divitium iniquorum plena spinis divitiarum. &c.*

§. IV. Quæ sint bona terra, ubi fructificat Verbum Dei.

6. E contra semen in terram bonam, ac bene preparatam profectum, fructum affert uberrimum: ita Verbum Dei, cordi pio, ac devoto

infectum, multiplices gratiarum, virtutumque fruges producit: cujus generis il cor fit, quod cum terra bona comparari meretur, describit Albertus Magnus (*apud Manf. Tract. 1. hic est in cor bonum, de quatione pingue, lacrimis humectum, doctrina Sanctorum completum, gratia irroratum, fuculo disciplina fessum, per Confessionem, & penitentiam a malis stirpibus expurgatum. &c.* In quo autem fructus, ex Verbo Dei relatus, consistit, explicat idem S. Lib. dicendo: *Audienti interiori auditu, retinent memoria, affectu & operis implentur.* Memoria quidem retinet Verbum Dei, qui identidem illud recogitant, qui alii etiam pro opportunitate enarrant: Doctis Salomon similitudinem adducit mandorum animalium, quæ cibum deglutiant iterum, iterumque ruminant: ita illi mente revolvunt, & recogitant vim, & efficaciam Verbi Divini. &c. Affectu retinent Verbum Divinum, qui magis illud estimant, habentque pro remedio in salutem animarum suarum singulariter a Deo ordinatum, nec attendunt personam, a qua fit, sed illum, a quo nomine fit, dicente Christo Domino ad facros præcones: *Non vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* (*Matth. 10.*) Denique operis implentio retinet Verbum Dei, qui auditu moribus exprimit; non enim auditores legis facti sunt, sed factores. Bernardus (*serm. 5. de Advant.*) monet: ita serpa sermones Dei, quomodo cibum corporis tui servare soles; sicut enim cibis corporalis in substantiam alii convertitur, ita & audita in facis exhortationibus in mores, ac actiones tuas transeat, necesse est. &c.

7. In vita 5. Antonii Paduani refert Surlis (*in vita c. 29.*) quod, cum hic Sævus Dei magis spiritus fervore quondam et cathedra diceret, nobilis quadam matrona, in animo corde compuncta, uberes lacrimas, & suspiria potentius profunderet. Indigne id serens malus damna, postquam huc Verbi Divini effectum fragis attribuit, ac suggestionibus nequidquam turbare alboravit, speciem cauforis inducit, illique matronæ silium suum a barbaris captivum, occiumque nuntiavit. Sanctus autem Vir Dei, fraude demonis conspecta, in conspectu votius populi matronam bono animo esse iussit: Ne timeas, Domina, vivit filius tuus, & bene vivit; cursor autem iste malignus spiritus est; ad quas voces iste infans sumi erantit. &c.

8. *Epilogus.* En, Christiana anima! si tantopere demon laborat, ut fructum Verbi Divini impediatur, quantum e contra tibi incumbit, ut illud permagni facias? tuum ergo est, volucres infernales abigere, ne prædam tam nobilem, nimirum semen Verbi Divini tibi prædentur: tuum est duricem cordis emollire, ut radices agere possit: tuum est, inordinatos divitiarum aulcos eradicare, ut illud non suffocet: tuum est, ita præparare animam, ut fit terra bona, & semen Divinum fructum afferat æternæ salutis. Amen.

S. Augustini, illustrissimi Ecclesia Doctoris: ille in haeretica pravitate demersus, nec per vastam ingenii capacitatem, nec per scientiarum naturalium studia, nec per infantum librorum lectionem ad veritatis agnitionem adduci poterat. At ubi Ambrosium sacra eloquentia perorantem audit: tandem absterfa falsitatis caligine, vocanti Deo victas manus dedit, factus ex haeretico Christianus, ex peccatore penitentium exemplar, ex Philosopho Ecclesia Doctor, ex mancipio demonis animum Praeful, & Episcopos. Eiusmodi salutaris effectus perbene scit infernalis inimicus; ideo omnem movet lapidem, ut Verbum Divinum impediatur, & illius vix natum semen cordibus evellatur, &c.

En desistit Verbi Divini peccata oriuntur.

9. Quodsi intentum consequatur, quid putatis, Auditores, malorum consequi? heu! desiciunt me verba, quibus explicem, quantis malis, quantis periculis, quantis diaboli insidiis pateant ille anima, quae Verbum Dei haud curant, aut vilipendunt: quemadmodum enim raro mali sunt, qui Verbi Divini orexin habent, ita raro non scelerati sunt, qui illud parum aestimant. Audite pro coronide testimonium solius Prophetae Olex: *Malidissus, & mendacium, & homicidium, & furum, & adulterium inundaverunt, & sanguis sanguinem tetigit, alii legunt, & peccatum peccata univert.* (Olex 4. v. 2.) Unde autem, O Propheta! unde tanta malorum lues, unde tanta flagitiorum lena? nimiram ex illo antecedente, *non est scientia Dei in terra.* Certe in illo loco, in illa domo, ubi Verbi Divini amor exultat, in patribus-familias, in liberis, in ancillis, & famulis non nisi impudentia, & morum dissolutione cerantur, ibi habet messiam suam diabolus. &c. &c.

10. *Epilogus.* Quid igitur factu opus est? Verum quid queritis? Christiani Auditores! quid factu opus foret, si cerneretis agrorum veltorum semina a volucris depasci, & spem uberis melfis extingui? certe omnem operam adhiberi essetis, ut ea contra rapacitatem volucrum sedulo defenderetis: Obsecro vos, id ipsum facite contra stygum vulturem, semen Verbi Divini in corde vestro solerter custodite, non tantum ex curiositate, non ex consuetudine, sed studio spiritualis emolumenti; concionibus interesse fatagite, & spero hoc salutariter semen in uberis virtutum fructus cum aeterna animae vestrae salute nasciturum. Amen.

CONCEPTUS III.

Demonstratur gravitas peccati ex terribilissimo Deo, qui illud adverterat tamquam malorum omnium maximum.

Aliud cecidit secus viam, & concalcatum est, & volucres cali comederunt illud. Luc. 8.

EXORDIUM.

Terribili rei est, Deum habere insensum, Peccator autem habet Deum sibi insensum, ita ut Deus eum non reputet pro sua creatura.

1. Nervosa sunt descriptiones, ac metaphorae, quibus aeterna Veritas in Evangelio depingit monstruositatem peccati; aliquando enim vocat illud micipulum, & aliquando demonis, quo animas capit: alia vice stimulum, & spondanum, quo moes acceleratur: Alibi describit illud tamquam latronem, ac carnificem omnis bonitatis; iterum alibi tamquam fontem, aut fementem omnis infelicitatis, &c. Nihilominus supra missis alia fulmina mihi cor tangit hodiernum illud: *Cecidit secus viam, & concalcatum est, & volucres cali comederunt illud (Luc. 1.).* Infelix semel! ergone nemo tui curam habet? ergone sine omni commiseratione in via jacere, pedibus concalcari, & a volucris pabulari permittitur? quae causa tui infortuali? necpe quia a seminate pro abjecto, pro deselicto haberis. Verum, ut mentem meam explicem, non tam ingemisco sentia, quam quod sub isto intelligo, peccatorem: iste deservit, pro neglecto habetur, Dei protectione excluditur, Harpiis infernalibus in pabulum relinquatur, & sine omni commiseratione extreme felicitati consignatur: quare? quia a Deo non habetur pro creatura sua, quin immo insensibilissimo odio habetur: ah! non possit major excogitari infelicitas, quam Deum sibi habere contrarium, ita insensum? capitis, Auditores, quid sit, contrarium, & insensum habere Deum? Ah! quis satis capiat? suere hominum nonnulli, prout perfereque in historiis mentio fit, qui dum terrenum Principem sibi insensum habuere, de una regione in aliam profugi, ac exules, demum in eum, ac arumnis confecti, miserabiliter vitam miserabili morte clausurunt: & quomodo, Deum immortalem? quomodo possibile sit hominem peccatorem non momentis singulis examinari, dum scit, & cogitat, se summum cali, terraeque Monarcham habere inimicum? Illum Monarcham, qui tribus digitis suspendit mundi molem? illum Monarcham, & ejus nutu syderum, & firmamenti machinae dependent? Illum Monarcham, cujus imperio obsequia elementa famulantur? Illum Monarcham, qui et

ben

ben universum, turpi vitiorum caeno jam ante immergi, meris diluviis fluctibus? Illum Monarcham, qui Sodomorum civitatem, jam ante obiteno veneris igne ardentem, ultricibus flammis in cineres redegit? Illum Monarcham, qui Nadab, & Abiu fulmineo igne, Dathan & Abiron terrae hiatu, Ananiam & Saphiram morte repentina confecti? Illum demum Monarcham, qui potest omni temporis puncto & animam & corpus perdere in gehennam? &c.

2. *Proposito.* Christiani Auditores, quoniam constitutum nobis est, hoc sacro tempore monstruositatem peccati declarare, hodie ex verbis illis, quae pro themate adduxi: *cecidit secus viam & concalcatum est*, ex his, inquam, verbis explictem immensum Dei odium, & aversionem erga peccatorem. O utinam maximi momenti doctrinam pro rei dignitate penetraremus! certe omnis peccati umbra ex animis nostris procul esset ablutura. Pavete.

3. *Confirmatio.* Quemadmodum homo opulentus in suis rationum libris accurate descriptus habet res omnes pretiosas, quas in thesauris possidet; ita Dominus Deus rerum omnium, quas e nihilo produxit, veluti catalogum, librariumque contexit. Titulus huius libri sunt verba illa Psalmista: *Mens est orbis terrae, & circumdatus est (Ps. 49.)*, intus descriptae sunt creaturae omnes; praeterim humanae animae, quae pretiosissimas sunt Dei thesaurus, deinde regna terrae, provinciae, civitates, domus, dein arbores, plantae, animalia, pisces, & volucres usque ad abjectissimum passerulum: haec omnia amat, nutrit, protegit, atque conservat Providentia Dei tamquam res suas, ac suo dominio proprias. Nihilominus ex hoc amabili catalogo exclusus est infelix peccator: ita enim expresse minatur Deus: *Qui peccaverit, delibet eum ex libro meo.* (Exod. 32.) Exclusus est; inquam, non amplius est res Dei, de quo illo tam parum Deus cura habet, quam nos de illis rerum quisquillus, quas ultro abjecimus. Audiamus verba S. Chrystost. (hom. 23. in Matth.): *Peccator non numeratur, ut siquis ex ipso peccat, peccat Deus non sentiat: is caret Deo, quasi de non numeratis.* Exemplum huius rei clarissimum habemus in peccato Isaacitarum.

4. Cum Patriarcha Moyses in apice montis Sinai cum Deo conversatus Decalogi tabulas acciperet, interim rebellis populus, caelestium beneficiorum immemor, vitulum constabilem Divinis honoribus coluit: Indignatus Deus, & austeris verbis in Moysen invectus, *Descende, aejbat, peccavit populus tuus: (Exod. 32.)* Mira locutio: cur dicit *Tuus*? quia exprimere voluit, inquit Cornelius a Lapide, (in Exod. hic.) *non jam meus est amplius; nolo enim ingratam haecem populi, qui tam graviter in me peccavit, pro meo reputare.*

5. O infelicem statum hominis peccatoris! ergone hoc redigi potest optimus Deus cujus

essentia Bonitas, cujus natura Misericordia est, ut peccatoris adeo nullam curam habeat, ac si omnino non esset? Ah! nimis quam verum hoc est. In tam misero, abjecto, deselicto statu, & quasi in nihilo collocatur homo pro peccatum. Atque in hunc sensum forsitan locutus est Psalmographus (Ps. 57.): *Ad nihilum deveniunt, tamquam aqua decurrens: quemadmodum enim, dum aqua effunditur, facile a terra absorbetur, efficitur, destruitur, & nemo est, qui effusam colligere fatagat; ita Deus erga peccatorem quidquid malorum illi obveniat, nullo proflus sensu, aut commiseratione tangitur. Intereat peccator, inquit Deus, quid cura illius interitum? leviant in illum elementa, opprimatur mille arumnis, occupetur a demonibus, non illi ullatenus condoleo, nihil ille ad me attinet. O Christiana anima! in putas, modicum esse infelicitatem, ita a Deo pro abjecto, & quasi pro nihilo haberi? plane infelicitas est maxima. Nos miseri in nostris iudiciis misere decipimur, peccatores secundum apparentiam eximifecam sepe felices arbitramur, & sunt multumim nihilum: videmus Pharaonem in solio resedentem, videtur nobis Rex, quia solum imperium inuenimur, quae nos respicit, non quae Deum; interim est mancipium vilissimum, inquit Chrystost. (15. hom. de Verb. Isa.), *quod qui facti peccatum, servus est peccati, etiam si decem millia coronarum in capite habeat.* Quin immo sepe statua affabre facta, vivus homo iudicari potest, quod si statua veritas, non invenies tergum, cuius faciem vidisti, sed rude lignum, sordidum, & araneis obductum. Age, juxta monium sapientis parumper verze peccatores: *Veris impior, & non erunt.* (Prov. 1.) Respice partem versus Deum, & videbis eum non esse, qui esse videbatur; nam, ut ait Tertullianus (lib. 1. c. 5.): *Insanat superbie vocabuli veritatem.* Sane potest illi dici, quod Episcopo Sardicensi dictum fuit: *Nomen habes, quod vivas; & mortuus es.* (Apost. 3.)*

Deus peccatorem plus abominatur, quam animalia quaevis venosa.

6. Pauca haec sunt, quae de odio Dei adversus peccatum hactenus dixi: graviora dicenda restant, quae ut competenter explicem, finge, O homo! te in uno quasi amphitheatro collectum cernere, quidquid ferocissimorum animalium Libia, aut Getuli montis caverna enutriunt, aut quidquid feroissimorum animalium in stabulis, & sordibus educatur; atque scias velim, haec bruta, quantumcumque immania, quantumcumque obtenta, non esse Deo obiectum adeo detestabile, quam unicum peccatorem; quis, ut ait S. Laurentius Justinianus (in Ps. 77.): *Periculate factus est leo, levitate avit, sub libidinis corde, tempore asinus.* Familiae est Deo in sacris litteris peccatorum nomine brutorum notare; ita enim apud Isaiam c. 46.

vo-

vocat eum canem ob suam impudentiam, apud Psalmistam (Ps. 48.) iumentum ob stoliditatem apud Jeremiam c. 5. equum ob lasciviam, apud Oseam c. 13. leopordum ob rapacitatem. Præterea in aliis locis verum vocat ob ingrati tudinem; lupum ob ferocitatem, ob scorpionem ob venenum, corvum ob voracitatem; nihilominus mitius adhibetur hæc animalia; quam peccator; scorpio non mordet, nisi irritantem; sed peccator offendit Deum etiam blandientem; lupus non rapit, nisi vitæ necessaria; sed peccator defraudat etiam superflua. Leo ignoscit hosti prostrato; sed peccator etiam mortuum infamat. Una bestia unum vitium; hæc istud, alia aliud habet; sed peccator omnia.

7. Revera una iormica Deo gratior est, quæ utiliter semper occupatur, quam ille adolefcens, qui inutilissimum tempus otio, iusu, & re amatoria turpiter perdit. Revera una rana Deo gratior est, quæ Pastorem suum, prout potest, coasando lubet, quam ille perverfus, qui vix duo verba sine inspiditellis, aut blasphemis effudit. Revera Deo gratior est una musca, quæ neminem molestat, nisi quem Deus perimit, quam ille dissolutus, qui omnia tum mitat, quam profana turbat. Coronatus Phætes in illo cantico, ubi singulariter Divinam Bonitatem laudatam cupit, singulariter ad laudem Dei venit omnes creaturas, etiam venenosas, etiam exitiosas, uti serpentes, draconem, ignom, grandinem, nivem, glaciem, & spiritus procellarum (Ps. 148.). Verum lege, relege, perlege, non videbis invitatum etiam fuisse peccatorem; quid? an ergo peccator excludit sit ab illo laudantium choro, ad quem etiam serpentes, & dracones admittuntur? Ita est: rationem significat Chrysof. (hom. quando perhibet. est de deignat.): quia videlicet peccator Deo magis, quam serpentes, dracones, & exofus, ac detestabilis est: Mala bestia peccator est; idæque peccatorem tanquam a sacra patria abiecit Propheta. O abominabilem peccati sedentem!

8. Punitis Auditores me limitem ut ligis: oculi Divini advertere peccatum? nihilominus super eos audire potestis; videlicet peccatorem coram Deo non solum bestis deteriozem, sed & demoni similitudinem haberi; ignoscite, si quem offendam hoc assertio; id enim jam dudum incarnata Dei Veritas exprobravit Iudæis (Jo. 8.) Ver ex parte diaboli estis: & alibi (ibid. 6.): Unus vestrum diaboli est. O Bone Jeshu! si anima peccatoris deformitas oculis nostris æque patere: ac tunc, ne nos certe cum S. Catharina Senenli exclamaturus essemus, male nos ipsum damonem, quam hujusmodi animam intueri? Nobilis quidem in nostra Germania, prout nescit Cantipratanus (lib. 2. Apun. c. 3.), endem, nescio quod peccatum commiserat; dum domum rediret, vidit omnes ad sui aspectum fugientes, & proles repetitis crucibus se signabant,

sanctissima Nomina Jeshu & Marie invocabant; aqua lustralis se aspergebant, sanctorum reliquias arripiebant: unio suspicant, quod res erat, nempe turpitudinem anime in corpus redundasse, consensum ad Ecclesiam sustinabat, decurram turpitudinem salutaris Confessionis laticæ ablutus. Vocatus Parochus, viso monstro, cohortatus, fores occlusit, sola, & amuletis inter armavit, exorcismos adhibuit; & quamvis miser homo lacrimis, ac gemibus contestatur se non esse demonem; tamen non nisi post multum temporis admittis est. En Christiana anima! si tanta sunt peccati fecditas in oculis hominum, qui æque peccatores sunt, quanto horribilior erit in oculis sanctissimi, & impecabilis Dei? O quam multi sunt, qui vestibus aureis, argenteis, ferreis, nexi, pecti, uncti, & calamistrati in cedentes referunt Angelos, coram Deo tamen sunt demones! immo si Oratori aucto (hom. 13. ad pop.) credimus, ipso etiam demone deteriores!

9. O! Nemo iam mihi viso ventat, si inter lacrimas, & suspiria in illa Jeremia verba erumpant: Quis dedit caput meum aquam, & oculi mei sentem lacrimarum, & prolobo eis acerbis interfectis sine populi mei! (Jer. 2.) quare? quia, ut verbis loquar S. Chrysof. (supra) quia tam male dispersit anima nostra deformitatem non cogitamus. O Bone Jeshu! ergone possibile sit, ut ille adolefcens, eximii nature dotibus insper ingentem familiæ instructus, ille Vir, iudicii perpicacia, & verum experientia clarissimus, ille opifex artificiosissimus, ille civis genere, & conversatione honestissimus, coram oculis tuis deformissimam demonis larvam repræsentet? ah! Christianæ anime, verissimum hoc est, itaque verum, ut & Deus, & Angeli talem peccatorem magis abominantur, quam oblentissimum cadaver: non fingo ista, sed jam dudum id monstravit Angelus, qui naves obstruxit, dum transfret juvenem libidinolam, quod non fecerat, dum transfret cadaver, quod vix foetore ferme occiderat Anchoretam. Audite, & obfuspicite, quid finaliter de odio Dei adversus peccatum enuntiem, Scitis utique, Christiani mei, quam immenso amore, ac reverentia Infinitus Deus complectatur amantissimam suam Matrem, hæc super omnes creaturas diligit, in hujus gratiam, procul docet probat auctores, fuisse naturam humanam sumpturum, etiam si humana genus nulla redemptione indiguisse, hæc super omnes Angelos exivit, hæc celi, terræque Dominam constituit, hæc denique ineffabilibus gratiarum prerogativis exornavit. Nihilominus, audite, & obfuspicite! si per impossibile fieri posset, ut Maria hoc momento peccati macula contaminaretur, quis credet? eheu! eodem etiam momento Deum & celo fugaret, & omnes Hierarchias caelestes. &c.

10. Epæloqu. His consideratis, quo tamquam Veritates Ecclesie, non tamquam exaggerationem oratoriam proposui, his, inquam, consideratis, quis non intimo cordis horrore percellatur, si peccatum cogitat? Dic, Dilectissime

si scires per peccatum primum manum tuam infernali nigredine imbutam iri, per alterum genas, per tertium frontem, & ita pergendo per totum corpus; nonne cane pojus, & angue exhorretiores omne peccatum? de hoc nullus dubito: qua ratione igitur peccatum committere præsumis, cum ex fide scias, per illud animam tuam orcina fulgine supra demonem denigrari? cum scias, per illud te abominabilem fieri coram Deo, quam odiosam, & quavis animalia venenosa? cum scias, per illud te adeo in nihilum redigi, ut penitus ab omni cura, & providentiæ benignitate excludaris, & nihil jam sis, nisi detestabile objectum odii Divini? ah! perpende serio hæc veritates: perpende, quid sit illud: (Luc. 8.) Cecidit secus viam, & concutientur ep., & volucres celi comedent illud. &c. Amen.

Dominica Quinquagesima.

CONCEPTUS I.

Animantur homines justi, ut genere contemnant respectus humanos, & irrationes impiorum. Qui præstant, increpantur eum, ut tateret, ipse vero magis clamabat. Luc. 18.

EXORDIUM.

Sicut cæcus tacere iussus tamen clamare pergit; ita homo Christianus non debet curare bonum dileria.

1. **R**Ecce fecis, mi cæce, tantum egregie clama; quamquam nulle increpationibus & minis nonnulli ex sequaci populo tacere te jubebant, tu perge vociferari, quid curas hominum diceria? illi in potestate sua non habent, ut e misero statu, quem juxta vias sedendo, ac mendicando plurimis annis tolerasti, te eruant; illi visum tibi restituerent, & horribiles oculorum tenebras abstergere non possunt. Clama: Fili David miserere mihi: in hujus solius manu sita est tua felicitas: hujus auxilium implorare prototus mundi diceris ne cessa: &c. Auditor! obsecrandi cæcus meis monitis, & quamvis e populi turba nunc petulans puer, nunc obstreps femina, nunc e majoribus quilibet importunum Tace in faciem illi oggerat, nihilominus altius atque elevans vocem magis clamabat. (Luc. 18.) Placuit Dei Filio hæc constantia ad qualvis hominum mñas impertiretur, miseroque illi oculorum usum, quem humiliter flagitabat, prodigiolerestituit. Ego optarem, dilectissimi Auditores, ut hujus cæci exemplo animati diceretis vanos hominum metus ac respectus genere vincere; qui nonnuquam vos cohibent, ut ad sancta opera, & Christi obsequium plena libertate convolare non audeatis. Contingit fortasse, præsertim hæc Saturnalium tempore, ut fidelis animula cum lupis ululare detrectet, & quoniam vel in sacro libello legit, vel e cathedra audit Christo Domino nunquam magis placere sancta opera,

quam his diebus, quibus ab omnibus vel maxime est derelictus, ideo subtrahit se choreis, declinat computationes, frequenter Ecclesiam, prolongat orationes, sumit sacram Synaxim, aliasque pietatis opera exercet: & ecce! statim te erigunt mundani blaterones, demonis emulicari, qui pungenti diacitate mille fanas, ac opprobria in miseram exonerant: dicunt: Ecce iterum novus illucescit Sanctus, qui pro vacatura in Litanis Sanctorum, si qua se aperuerit, candidatus est: debemus conducere pictores ac Itatuarios, qui pro novo hoc Seraphino radios in aurent: credo, quod ille vel illa deinceps victura sit velut asinus Palmaris, qui semper retro altare delitescens tantum semel in anno apparet in publico, & quæ sunt plures ejusmodi infania. &c. Quid nocuissent Deo & sibi met ipsi inferat hi tartari molossi suo illo latratu, alibi fatis explicatum est. (Vide Fest. SS. Innocent. conc. 3.)

2. **Propositis.** Vobis vero, o Devote anime hodie in aures clamare constituit, ut perverba hæc mundi infanientis loquacitate nullatenus moveamini. Quid quæ vobis cura est mordax aliorum lingua? oblatur, ac garriant alii quid quid velint, non ideo oportet a proposito laudabilis vitæ renore vel latum unguem discedere. Felices vos! si hanc veritatem alte cordibus impingatis! ita enim multi perverfi non convolvant ad opera iniquitatis, & prohi in virtutum exercitiis firmabuntur. Favete.

Respectus humanus non potest esse prudens vita regula.

3. **Confirmatis.** Quemadmodum nulla est ars, quæ non certis quibusdam regulis formetur: ita nemo sit & Christianus, qui non in tenenda vitæ norma sanctorum fidei Principis inconcussa firmitate innitatur: sicut in assequenda virtute certis pii libelli institutionibus se conformant: alii alicujus Sancti vitam regulari contendunt: alii virtum prudentem sibi delignant, quo in ordinandis actionibus suis tanquam perpetuo direttore utuntur. Videamus, num in tenenda tali fœmita respectus humani tanquam fido consiliario secure condehere possimus! O quanta mala in orbem exivit hæc virtutis inimicus! vultis percipere, quæ & qualia? reflectamus oculos ad Passionem Dominicam.

Quia dedit elapsum Christo.

4. Pontifices, & Synagoge Antifistes pluribus vicibus emiserunt famulos, ut Christum in vincula raperent: illi non una vice re infecta redeuntes, & Christi eloquentia victi retulerunt Dominis: Nunquam si locutus es hominibus. Quo audito Domini fere suspicione concipiebant de famulis, ne & ipsi cum Christo sentiant: hinc in ea verba gravissime illos objurgant: Etiamne Et vos decipitis? Novissime cum hi ipsi satellites in montem Oliveti ductores Jude ablegebantur, ibat cum ipsis Malchus, custodissimus Redemptor excusum a Petro arripulam prodigiolerestituit. Non latuit Cathana Pontificem tanta benignitas: proinde de novo suspicari poterat Malchum tam admirabilis be-

nescientia vinculo obstrictum jam totum in partes Christi iterum: crevit suspicio, cum Virginis Filium interrogaret, quis, unde esset, & quam doctrinam praeferebat, atque ille in circumstantes famulos intendens responderet: *Ecce hi sciunt, quid dixerim vobis.* Quid evenit? Malchus, uti ingeniose observat Cyillus (*lib. 11. in Joan.*), notare potuit suspensionem, atque ut se Domino purgaret, suaeque fidei argumentum proderet, tam decumana alapa manifestissimum Redemptorem in faciem percussit, ut nulla alia ex mille iocibus per totam passionem fuerit dolorosior. Si hanc historiam a primo ad ultimum pendere libet, perspicuum est, crudelissimum hunc colaphum non alia habuisse cunabula, quam respectum humanum: immanissimum facelles percussit innocentem, ut Domino placeret, & suam illi fidem probaret. O miserum Christianum, quisquis hoc motivo trahitur!

Immo crucifixi Christum.

5. Paucula haec sunt, quae queror: longe adhuc crudelius respectus humanus in patientem Christum devitit. Pilatus Romanorum Praetor sole meridiano clarissimo in innocentiam Christi Domini, quem Iudaei captivum ad se adduxerant: proinde omnem movit lapidem, ut innocenter liberaretur: atque ut palam se iustitiae tenacem ostenderet, irrevocabili decreto constituit Christum dimittere. Quid agit rabiosa fax Iudaeorum? clamare incipit: *Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris.* (*Jo. 19.*) Hac voce Romanus Iudex ex columna in ardentem, ex leone in leperem, ex iustitiae assertorem in iustitiae proditorem mutans pronuntiavit sententiam sententiam, & Christum ad crucem condemnavit. Res mira! erat alias Pilatus in suis decretis inflexibilis, haerens: cum enim post mortem Christi apud illum instaret Pharisaei, ut delecta crucis epigraphae, *Jesus Nazarenus Rex Iudaeorum,* (*Jo. 19.*) aliam sibi minus praedictosam substitueret; restitit immobilis, & millies urgentibus, millies respondit illud: *Quod scripsi, scripsi.* Subintrat hic S. Bernardinus Senensis, inquis (*Serm. 57. de Pess.*) *Admiratio magna suspicimus, quod Pilatus non denegavit Iudaei Christi mortem. & tamen nulla tituli derogat abolitionem.* Quaso, quae causa subest, quod facile consenserit in necem Christi, quam sine summa iniustitia laebe decernere non poterat, nunc autem nolit consentire in tituli deletionem, quam forte sine iustitia dispendio poterat concedere? Nempe ratio in patulo est; terruit Pilatum illa vox: *Non es amicus Caesaris:* ex metu, & respectu humano titule inquisitum mortis sententiam, & e contrario, dum de mutando crucis titulo agebatur, tantum adeo firmus in sua mente persistit, quia eadem mina non intentabatur.

Legitur non celebratum est respectu humano.

6. Jam ad te conversus, mi Christiane, in-

terrore, si respectus humanum Christum Dominum immani colapho laucivavit, & in ipsam etiam crucis mortem dedit, tunc in ordinanda vitae norma ausus tam crudelem consilium adhibere? tunc ab actionibus meritoris abstinere, aut ad iniquas convolare praesumas obseques & taxationes malefactorum? Si ita est, si mundi placita attendere vis, deferenda est omnis virtutum semita, praeveniendum est ad spaciosam viam interitus, quia videndum sancte agis, nihil intactum, nihil non fuscillatum relinquet impiorum dicitatis. Si Ecclesiae Sacramenta crebris suspicis, dicent esse hypocrisis: si amore sollicitudinis in cubiculo domesticorum te concludas, dicent esse desperationem: si motivo temperanda a conventiculis, & commedationibus abis, dicent esse avartitiam: si inimico condones injuriam, dicent esse ignaviam & ignobilem animum. An ideo haec & alia id genus pietatis exercitia omittenda sunt, quia foedatis dentibus sceleratorum ardentur? Nequaquam: aliam das Chelito, in crucem agis illum, si ex respectu hominum in peccatum concedis. Luna in Luo cursum mutat, etiam a rabiosis canibus alancur. Fugere tempora, quibus peccatorum & chirographorum ars valde fuit adhuc raris & imperfecta, ibi legitur cum principium aliquis dum exipere fingunt voluit, infeliciter succedente artificio, peccati formae sunt desolatas, difforti, & a vero abis diffimiles vultus: nec tamen ideo deperdit principis deseratque ex principes. Ita bonus Christianus, ut ab hominibus imperfectis mille notis, ac nigris coloribus depingatur, non tamen ideo desinat esse bonus Christianus. *Te no cede malis, sed contra audentur ito* ait Poeta.

Omnes Sancti a perverso mundo fuerunt Iudicati.

7. At enim arduum est, ingenioser non modo, arduum est, continuis vexationibus purgi & morderi: ac. Non abno, mi Christiane: arduum est, atque animo honesto perquam dolorosum: sed quis invenit malo-remedium? hic semper mo iuit peccatis mundi, hodie dum est, & deinceps erit, virtuosos persequi. Israelita, quamprimum ex Aegyptio, qui sanctis Patribus & spiritus Magistris semper petulantis mundi symbolum fuit, exire paraverunt, non tantum in ipso egressu Aegyptis, Amorrhaois, Amalecitas, alioque contra se insurgente videntur, & per omnem peregrinationem hostiles exercitus sibi contra venientes habuerunt, & intra ipsa Jerololyma consilia Jerephas pati debuerunt, qui ad mentem Origenis aliud lingua nostra haud denotant, quam *conculcatorum*. Parem in modum hodie dum contingit. Sit quisquis veli e quoqueque hominum statu, aut sexu, qui vitam melioris telam ordiatur, & statim experietur te linguarum aculeis configi: interroga omnes spiritus Magistros, & uno ore dicant, non posse te odisse vitam, quin te oderint vitiosi: *Abominatur impij eos, qui*

in rella sunt vita. (*Prov. 29.*) Causam dat Salvianus; quia ubi tanta est studiorum inaequalitas, ingens sit contrarietas affectuum necesse est: vita proborum est perpetua confutatio impiorum: quid ergo mirum, si eos oderint? Homines iusti sua pietate confundunt eorum in templis petulantiam, sua caritate eorum duritiam, sua veracundia eorum mores dissolutum, sua frugalitate eorum ingluviem. Si ergo impij sui ipsorum amantes sunt, olores sint proborum necesse est, *Maximo enim causa discordiarum, ait Sanctissimus Pradul (apud P. Siqueri in Quar. ser. 8. n. 2.) est diversitas voluntatum: quia fieri aut omnino non potest, aut vice potest, ut eam rem in alio quisquam diligit, a qua ipse dissentit.* Camelos imitantur impij, qui cum pellucidam aquae appropinquant, pedum unguibus eam turbant, ne suam in ea deformitatem intueri cogantur. Quid ergo perimelcis, mi Christiane, impiorum illusiones, quae sanctis omnibus haecenus fuere communes? nonne differit verbis praemonuit Divinus mundi Magister, quod *omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur?* (*2. Tim. 3.*)

Sed cum tempore vicissim illudentur.

8. Et quamdiu tandem, obsecro, quamdiu, mi bone, hanc linguarum mordacitatem passurum te arbitraris? quamdiu? Nonne venit dies, & solan hinc vestiet, quo *glabrum gusti in magna constantia adversus eos, qui se angustiarunt?* (*Sap. 5.*) quanta tunc erit tua coram orbe universo gloria, quanta animi laetitia, cum poteris insultantibus insultare? scisne, cum hanc laetitiam cogito, quam ejus ideam ac imaginem mihi proponam? Noemum in arca sua inclusum mihi represento. Siquis unquam mortalium ludibria passus fuit, certe Noemus fuit, dicente Chrylost. (*hom. 3. in Gen.*) *Verisimile est quod sustinuit, & irrisum ab omnibus.* Habebat Noemus in medio populi gentilis, increduli, scelerati, cum Dominus Deus humani generis pertalus decrevit orbem universum aquarum inundationibus submergere, praecipiente Noemo, ut domum sibi natalem construeret, quae communi omnium exitio se subduceret, sanctus Vir admovit operi iramum, populisque impendentem Numinis iracundiam denuntians, ab initio quidem animos timore pellens; verum cum post tres, quatuor, & amplius annos diluvii vaticinium lucetosa careret, indigibile est, quae fannas sarcinatos efferes lingue in optimum senem exonerat: Hen, Prophetam egregium, aejbant, qui jam per integrum fere saeculum obi mendacis illudit: hem, latuum fanaticum, qui in exquenda portentofoe navis machina fortunatas omnes estuavit, immensas pluvias somniat, & interim cum navigio semper haeret in sicco, &c. Hac & similia ludibria in faciem exprobandanur Noemo. At cum tandem referat eam ca-

tarae effusi imbres depluebant, maria exundabant, & sensim crescentibus aquis palatia, turres, ac montes mergebantur, tunc enim vero mutata est rerum facies, tunc ludibria successerunt geminis, ac lamenta. Fluctuabat gloriosa Noemi navis, & mortem, quam, mille alii inter aquas optebant, triumphabat. Condoluit quidem sanctus Patriarcha miseris perentibus, sed si voluisset fere rectoris nisi uti, nonne de puppi navis improbare potuisset miseris: ubi estis jam vos illiores, quibus paulo ante voluit fuit jocularibus sibilis simplicitatem meam explodere? Eja ridete nunc, repetite sannas, dicite me senem fatuam, atra bile agitam, enota mente laborantem! Ecce infelicibus vobis nihil mi superest, nisi mergi ac suffocari, dum solo Noemo fas est vestros interitus innoxios oculis intueri: &c. Hac & similia exprobrare potuisset Noemus perentibus in diluvio. Jam, ut ad orbem nostrum profecti redeamus, hac & similia tu mi Christiane, in illa die exprobrare poteris tuis irrisoribus: ridet jam illi tuum solitudinem, tuam pietatem, dicunt te bardum, absurdum, stupidum, serupulolum, ac mundi genio inutili, eo quod malis intra Ecclesiae aut oratorum parietes herere, quam cum libertinis edere, ludere, tripudiare, commessari: at veniet dies, qua mutabitur scena, dum miseri illi ob insaniam vitae licentiam in abyssum precipitabuntur, & calum ac terram horrendis ejaculationibus complebunt: tunc de calorum culmine tu poteris irrisiones ac ludibria in auctores retorquere, & illudentibus illudere. O Christiana anima! an non hac consideratio mentem tuam excitat ad commendandos impiorum latratus? latent, latent hicerberi; venit tempus, cum ex inferni barathro sursum in caeli atria suspicentis, videntelque eos, quos olim petulantur exhibitarum, publice fitebatur: *Hic sunt, quos habuimus aliquando tu derisum, & in similitudinem improperit. Nos insensati vitam illorum estimabamus infamiam, & finem illorum sine bono: ecc. quando computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sortis illorum est.* &c. (*Sap. 5.*)

9. Epilogus. Age igitur, mi Christiane! confortare, & esto robustus, & quoniam fors tibi obtingit cum in modum patienti, quo Sancti omnes passi sunt, etiam cum Sanctis scuto patientis te obtuans, nec latum unguem cede didiceris hominum. S. Brigitta Sueca (*Leg. 8. Olat.*) post mortem Ulphonis mariti contemptis nobilissima profapia titulis fortunatus omnes in egenos distribuit, vilibus vestimentis tecta, pauperibus ac moribis in Xenodochis serviebat, monasteria edificabat, orationi & sanctis operibus diu nocteque invigilabat. Verum hac vita mutatione nobilitatis linguas in se arnabata fuit fabula, & perplexa omnis populi. Quid agit Sancta? contra malefactorum sibilis familiariter habuit hoc proverbium: *Propter nos non capi, propter nos non desinat.* Hanc gnomen tibi etiam commendatam habe, mi

Christiane! si mordaci loquacitate discolorum fugillens, si dicat te devotulum aut devotulam, extaticum, aut extaticam, & quæ sunt similia, sine infantes ridere: tu æque in sinu ride, & dic: *Propter vos non capi, propter vos non desinam.*

Dominica Quinquagesima.

CONCEPTUS II.

Offenditur in his infans Bacchanalitis plane stultorum omnium maximum esse, qui animam peccato lethali commaculat.

Dominie ut videam. Luc. 18.

EXORDIUM.

Hoc tempore Bacchanalium stultorum plena sunt omnia.

1. **C**erte hoc, & non alio magis tempore videtur Sacris Ecclesiastes enuntiasse illud: (Ecc. 1. v. 15.) : *Stultorum infinitus est numerus.* His enim diebus tanto quis habetur generosior, quanto apparere stultior: passim regnat immodestia, intemperantia, motum dissolutio, ut credere quis possit, superesse in media Christianitate Gentiles illos Ægyptios, qui pudenda Bacchi orgia inter mille infans cœcibrabant. (Faber. var. 4. in Quinquages.) Sunt nobiles, qui trivialium vestimentis personam incedunt, & sic statu se excidisse simulant. Sunt alii, qui lepido habitu, & ridiculis gestulationibus nugantur, & sic rationem se perdidisse videntur. Sunt, qui famos, & satyrios induunt, & ita vel ipsam humanitatem abiecit creduntur. Sunt denique, qui prolixis compositionibus, immoderatèque conviviis ingluviem faciunt, saltationes & tripudis intituunt, risui & cachinnis vacant, rixas, contumelias, aut scilicet in nosales depumant, aut, quod pessimum est, libidini, & impudentiæ plenas laxant habemus, &c. Verum silitre, & Carissimi peccatores, silitre in medio seclerum cursu: dicite, quis animos vobis addidit infrenatam vitæ licentiam, ad effentem peccandi audaciam? quis oculos vestros fascinat, ne intueamini immanem damnationis periculum, in quo versamini? an obmutescitis? an mihi respondetis? ergo ego respondebo? nimirum excecav' vos falsa facienditas persuasio; vitam hanc voluptuosam sine discrimine, sine mortis insidiis in distanzæ ætatis tempore provocam iri: putatis, hanc libertatem corporis pulcritudinis inuiti firmisimam: putatis, hanc faciem ruborem insillibilem Prophetam esse longevæ sanctitatis. O excitentem! O demerentem! rogato obsecro quem hodierno cæco Divino Illuminatorem, ut veritatem agnoscere valeatis: *Dominie, ut videam.*

Qui peccat est stultorum omnium maximum. 2. **Proposio.** Ego vero, quantum potero, glaucoma vobis ex oculis removebo, Quæstionem

agitabo, quis hoc tempore Bacchanaliorum sic stultorum omnium maximus, & resolvam, esse plane eum, qui in peccato lethali consentit; idque maxime propter fragilitatem & incertitudinem vitæ humanæ, quæ momento citius extingui potest. Adjuret me Dei gratia, ut fructum, quem quero, consequar. Favete.

Diabellus fingit mortem esse remotissimam.

3. **Confirmatio.** In arte artis pictoris, ait Cicero (Acad. 6.), nihil artificiosius esse, quam umbram, quæ ita potest inter colores temperari, ut pictura instantiam perceptivam, ut ajunt, repræsentet, non sine deceptione oculorum. (Mierem. hom. 18. §. 2.) Videntur nonnunquam depictæ regiones, ubi urbes, castella, ameni horti, longe lateque excurrentes campi, immani fluviorum tractus, & demum in distito mari procul cernitur navis, quæ ob instantiam vix amplius est discernibilis: quo rarij, quam remotum a te esse putas hoc navigium? multis inquis, milliariis. Verum deceptio hæc est oculorum: accede, tange picturam, & videbis vix una, alterave picipithama abesse, quod autem abesse immensa viarum intercapedine abjacet. Quæ causa est hujus deceptionis? nimirum umbra picturæ. Jam attende, mi Christiane! certum est, hanc mundum fallacem esse picturam: figuræ sunt hæc omnia, quæ cernimus, non soliditas res: ita Apostolus (1. Cor. 7.) : *Præterit figura hujus mundi.* Quid est hæc vita temporalis? figura: *Præterit.* Quid pulcritudo corporis? figura: *Præterit.* Quid mundanus honor, quid divitiarum abundantia? figura: *Præterit.* Transitoria sunt omnia, & pleni periculis æternæ damnationis. Certum est, quod nec unica hora a morte secura sit: certum est, quod in peccato lethali decedens, absque remedio æternum interiturus sit. Qui fieri ergo potest, ut peccator perseveret in tam manifesto damnationis periculo? nimirum infernalis deceptor oculos illius fallaci umbra demerit. Pingit ac fingit mortem ad huc remotissimam, superesse longævum vitæ tempus, & spatium pœnitendi. Hæc tempus fuit demonis industria: jam protoparentibus in paradiso perlatum volat. *Nequosquam morimur.* (Gen. 1.) sed quoniam hodie id ipsum persuadere homini nequitiam valet, ut potest qui experientia quotidianâ convincitur, statutum esse inevitabilem omnibus morientem legem, ideo saltem umbram facit, & deceptionem, conaturque persuadere mortem quam remotissimam abesse: fingit umbram bonæ valetudinis, umbram optimi temperamenti; umbram juvenillium annorum. Verum, O Christiane! accede, tange picturam, videbis et vicino esse, quod longissime distare credebas: in memoriam revoca eos, quos bene nosti, qui eadem ætate florabant, quæ tu, & nunc in sepulchro jacent. Nihil deceptioni: mors tua, damnatio tua ita propinqua est, ut hodie adhuc mori, & damnari queas. Et antea peccare? O stultum!

In juvenili ætate non est confidentium.

4. Atque ut confidentiam tibi adimam, quam in fortitudine corporis, ac juvenili ætate collocas, intuerè illud æthiops navigium, per quod urbs Tyus Phœnicis metropolis representabatur: *Præcepit Dominus super Tyrum Lanuam.* (Ezechiel. 27.) Natusque illi interitum. Itane navigium illud interit? navigium tam ad splendorem, quam ad firmitatem quam optime extructum? tabulara navigii erant ex roburissimum ligno de monte Sinir, malus erat ex cedris Libani, transtra ex ebore sidico, remi ex ilicibus et regione Balan, vela ex carbaso Ægypti, remiges, & gubernator erant providissimi, peritissimi. Et navigium istud interit? interit? inquit Doctissimus Lanua; (1. r. 1. p. 2. n. 183.) quia desuit illi, quod præ ceteris necesse habuit, videlicet anchora: *Anchora non sicum fuerat.* Ubi anchora desit, ibi nulla est mari firmitas, nulla stabilitas, nulla securitas. I modo mi homo Christiane, & in vigore corporis in valetudine, in juvenili ætate præsumptuose confide: cheu! fieri potest, ut momento citius interas, quia vitæ tua anchora desit, hoc est firmitas, stabilitas, securitas: forsitan jam præcipit Dominus Deus tuo Angelo Tutelari, quod Ezechiel: *Assume super Tyrum lamentum,* quia intra unius horæ spaium mortuus es: intuerè repentina tantum funera eorum, quos quotidie ad tumulum effert cernis, quibus robusta valetudo Nestoros antea promittebat. Hac hora, quæ tibi loquor, passim per orbem emoriturur plurimi, qui hæsi nil minus, quam mortem cogitabant; immo hac hora damnantur plurimi, qui ante horam nihil minus, quam damnationem metuebant. Fieri potest, ut post horam eadem fors & te tangat. Et tu in tanto periculo peccare præsumis? O stultitiam deplorandam!

Cura valetudinis tibi prædes contra mortem.

5. Forsitan rependis, te in vitæ methodo, in cibo, & potu cautissimum esse, ne sanitati nocuas, & insuper in promptu habere pretiosa balsama, præservativa, pharmaca ad conservandam valetudinem. Gratulor tibi, & ex animo precor, quam optimos tuæ sollicitudinis effectus: Verum quantumcumque abundes id genus remediis, facere tamen nequitiam potes, ut caro tua non sit fragillis instar feni: *Omnis caro fragillis est.* (Isa. 40.) considera obsecro, quam fragillis res sit sanum, seu gramen: a sole exuritur, a frigore arect, ab aqua compitrescit, ab hominibus concutitur, a jumentis devoratur, a vento profertur, & a tempore consumitur: Ita eadem est miseria vitæ humanæ: unica maligna aura, unicus hantus frigida, unicus solis ardor, unicus insalubris cibus, carnifex non desit esse potest. (S. Aug. s. 11. c. 2.) Nemo interroget, unde mors veniat; potius interrogat. *Sancti Spiritus Concipiat.* Pars I.

dum est, unde non veniat? an enim unicus est hominis sensus, an unicus corporis potus, per quem mors irrumperè nequeat? tempore Plinii agnoventer Medici trecenta morborum genera, sapientes Hebræorum agnoventer novem, quæ homines in provilio adori, & enecare possunt. Quis scit, an non jam hujusmodi morbus in videribus tuis delitescat, brevi in substantiam mortem erupturus? & in tanto periculo delicti, commiserari precari, jocari, peccare audes? O te stultum miserimum!

Sape vitæ destruitur per vitæ adjumenta.

6. Cuius sanitatem quantum vales, verum scito, hanc ipsam curam, & vitæ conservandæ remedia saepe cedere in illius destructionem: nonne spor servit refoecillata membrorum lassitudini? & tamen haud paucis fuerant, quos spor extinxit. Nonne cibus, & potus servant confortandis viribus? & tamen plurimi cibus, & potus interierunt. Nonne pharmaca servant recuperandæ valetudini? & tamen, proat observat S. Augustinus, (1. 2. de Civ. Dei.) fuerunt innumeri, quibus pharmaca instar veni fuerant. Nonne recreatio, læticia, risus servant ad restaurandam fragilitatem corporis, & animi vires; & tamen ipsa læticia nonnullis interfecit: Narrat Valerius Maximus (4. 9. c. 12. de duabus matribus, quod unum filios, quos mortuos credebant, vivos receperunt, præ exultans animi gaudio repente mortuus conciderit. Narrat Aulus Gellius, (1. 3. noct. 6. 15.) Sophoclem, Chilonem, Philippidem, Diagoram, aliosque præ mera animi læticia extinctos fuisse. Quodsi læticia hominem interimit, & ex ea parte motus ingruit, quæ vitæ confortamentum sperabat, quod tandem non poterit illam perimere, quod fragillis hæc est vita, quæ a suismet subsidis destruitur? vestissime enuntiat Augustinus, (in quadam serm.) *Fragilior sumus, quam si visis essemus; vitæ enim vis fragilis est, tamen servatum àu durat.* Et in his periculis, O peccator securus visus? necis, an non jam corrupta sit interna humorum harmonia, necis, an non occultum apostema in viscibus gliacet, quo rupto subito visus fiat, & rides, nugaris, in peccata, & spurcas voluptates proruis? O demerentem sanguineis lacrimis dignissimum!

Peccatum causa est accelerata mortis.

7. Verum concedam, mi homo, te valere quam optime, & internam valetudinem firmissime sibi consistere, an ideo securum te putas? nulla ratio: ipsum enim peccatum, quod committis, ipsa vitæ licentia, quæ vivis, in causa esse potest, quod Divina ultio repentinam mortem super te decernat. *Quoties lucerna impiorum extinguitur?* interrogat S. Job. (c. 21.) per lucernam intelligit S. Gregorius (1. 15. Mor. c. 21.) vitam morallem. O quoties lucerna, quæ oleo, i. e. iusticiæ necessarii quam optime instructa est, repente vento extinguitur: quare? quare? quia in liberum aerem effertur: Ita multoties contingit vitam seclerum

rum ex improvise casu extingui: quare? propter hanc ipsam peccati libertatem. An desunt putas, injuriosorum exempla? nonne quotidie audimus, hujus ab equo excussum cervicem fragiliter, alium a fistula anca, quam portabat, globo confossum, illum a regula e recto decidua contritus, alium a profusiente haustu, illum inter rixas gladio jugulatum, alium in lecto catarrho suffocatum fuisse? quid frequentius, quam hac nova? hac sunt nonnumquam spectacula iustitiae Divinae. Credis, O peccator! illa tibi quoque evenire posse? & in tanto periculo audes vel ad momentum in peccato perseverare? O insaniam inauditam! O praesumptionem stultissimam! agnosce, obsecro, discrimen aeternae damnationis in quo versaris; fuge peccatum, adque me meis monitis, cheu! monitis, qua forsitan sunt ultima: audi, & contremisce.

8. Zelosissimus quidam concionator (*Jes. de Barz. ser. 15. §. 6.*) his diebus antecineralibus detonabat contra vitia, quae hoc tempore licentiosius invaleverunt. De sacro suggestu agitabat, hanc ipsam materiam de fragilitate vitae humanae, aiebatque fieri posse, ut nonnemo ex praesentibus morti succumberet, antequam crastina die sacros cineres recipere: non scidendum proinde esse tam fragili vitae, & nec momento unico in peccatis perseverandum. Erat inter auditores libidiniosus quidam peccator, cui sancta sacra oratione alius ejusdem farinae socius aiebat: Amice! graphice nobis hodie facer Orator veritatem exproravit: quid facimus? quaso tandem peccandi finem faciamus: ejice e domo tua prostibulum, quod haecenus turpiter deperasit; forsitan haec fuerunt ultima Dei vocantis monita: subsistat, & carnali voluptate totus christi amici hortationes contempit: Misericors est Deus, reponit, non statim impetu trucidet: sacrificatores ita fulminant, ut nobis terrorem inauriant: scio quidem me peccatorem esse, sed venturo tempore Paschali tandem fore emendari incipiam. Non desistit alter iterum, iterumque artem admovere, id quod sine dubio inspirante Deo factum est, sed tandem se in secula sibi invicem validerunt. Miser hic peccator domum ad voluptates suas rediit. Ecce! Media nocte turbato somno totus inquietus & fudore madidus expergefacit: turpem suam lecti socam, rogatque, ut lumen excitare vellet, se hanc admodum bene habere. Fecinat illa, lumen exauit, dumque cum ardente candela cubili appropinquat, audit stridam, & morientis simillimam hanc vocem: *Vale amara!* obstupescit, accedit, & misererrimum hominem inter sanguinis rictus humi mortuum procumbere conspicit. O terribilia iudicia Dei! O mortem miserandam!

9. *Epiphany.* O care peccator: En! infelicissimus hic homo sprevit Dei monita, confidit praesumptuose vitae fragili, & perit: tu quidem non metuis, ne simile quid tibi eveniat?

sed nec metuebat iste: tu putas fieri non posse, ut damneris? sed nec putavit iste. Ah! obsecro te igitur per animam tuam saluam, disce ex alieno damno sapere: forsitan haec tua ultima sunt Dei misericentis monita. Quod non audio, cesso quidem rogare, abi, peri, non te moror: interim hoc saltem inficias ire nequam potes; quod haecenus probare contendi, videlicet illum stultorum omnium esse stultissimum, qui non obstante tam manifesto mortis, ac damnationis periculo, vel ad momentum unicum in peccato perseverat. &c. &c.

Dominica Quinquagesima.

CONCEPTUS III.

Gravitas peccati mortalis demonstratur ex Passione Domini Nostri Jesu Christi.

Tradetur gentibus & insidetur, & flagellabitur, & conspuetur. Et. Luc. 18.

EXORDIUM.

Cue Ecclesia hodie Evangelium de Passione Domini legat?

1. Non vacat mysterio, quod sancta Mater Ecclesia hodie ad nos praelegat Evangelium, quo amara memoria Passionis Dominicae recollitur. Vis nosse, quid mysterii absistat? audi, quid Regum saltem mirum recenseant: Tres Reges aetna obsequio cinerunt civitatem; angustiae erant undique obfessis, iam jamque deditionem cogitabant: cum ecce Rex Moab (*4. Reg. 3.*) filium suum arripuit: & super montibus civitatis sub conspectu hostium sacrificavit. Hoc spectaculo ita cohortitur inimicus exercitus, ut soluta obsequio tergum verteret. His diebus antecineralibus tres potentis inimici oppugnant fidem populum, videlicet mundus, caro, & demon: arma illorum sunt deliciae, gula, choreae, periculosi conventus: invalescit morum corruptela, & hoc tempore plus, quam alio licere putatur. Quid agitur provida Mater Ecclesia? ut praevortat animarum pericula, Dei Filium in cruce pro peccatorum, ac voluptatum nostrarum expiatione crudeliter suspensum sub conspectu nostro collocat, quia, ut annotat Origenes: (*in c. 6. ad Rom.*) *Certum est, quod ubi mors Christi animo circumferretur, non potest regnare peccatum, sed continuo ad ejus praesentiam totus iste peccati & carnis fugatus evanescit.*

2. *Proposita.* Quapropter, ut salubri ordinationi Ecclesiae obtemperem, & etiam ceptam materiam de gravitate peccati prosequar, inculcabo vobis hodie verba illa Evangelica: *Tradetur, Insidetur, Flagellabitur, conspuetur.* &c. Id est, ostendam, quanta sit peccati gravitas & enormitas, quae amarissimum Christi Domini Passionem causavit.

3. *Confessio.* Sanctus Vincencius Ferrerius (*ep. Berz. serm. 5. §. 4.*) parabolam recentem notat dignissimam: Tres olim fures, inquit, in urbem festinant, ex arte sua, si fors ferret, lucrum quaesituri: via, qua transendum erat, patibulo eret contigua, ubi pendere quemquam conspiciantur, qui tum e vultu, tum e vestitum ornatu majus quiddam supra vulgus excelsi poterat: Mirabantur primo, tum ex obviis quibusque indagant, quis ille esset, e furca pendulus? respondebatur, esse judicis urbis filium: cum enim unus ex servis illius furtum attentasset, filius, ut captivum redimeret, matris vestibus se in carcerem, servum in libertatem dedit. Parens nihil exinde misior, cum in iurem non posset, in filium devit, & satis fure dignum judicavit, quod elapsi furis anticum fuisse indutus. His auditis subterfuge tres illi, & matris admiratione alter in alterius ora dehi ita concludere: si iudex iste tam immiti poena in filium animadvertit; quid nobis exteris sperandum? *Si tantus hic iustitiae rigor servatur pro tam modico, quid feret de nobis?* ablit, non attendendum est futurum: abstineamus manus.

Dei Filius passus est propter peccata.

4. O Peccator! qui toties repetitis furtis Deo honorem ademit, viam instrue ad montem Calvariae: huc vade, hic vide pendentem e patibulo crucis: scire cupis, quis iste? e vultu, & habitu constare potest, quod Deus Homo sit, unigenita Divini Patris Soboles: ejus scriptis reus tam infami morte perit? respondet sanctus gentium Apostolus: (*Rom. 8.*) *Quem proposuit ad ostensionem iustitiae.* Nil delinquit, nec delinquere potuit impeccabilis Deus; sed quomiam servus illius, videlicet homo, atroci criminali sese obstrinxit, ut hunc a supplicio redderet immunitem, illius se vestibus amicti: *Caelitus autem Pater extitit odio in peccatum flagrans, totas ultionis furias in Filium exoneravit, vel ex eo nocentem, quod in peccatoris habitu comparuisset: Proprio Filio suo non peperit.* (*Ad Philipp. 2.*) Dic mi Christiane! nonne si principam aliquem videres, qui vas quoddam ex admirare pretiosissimum, quia novit in eo venarum cond, proficit in terram, committunt, & in frusta discepat, certe diceret: O quantum oportet esse vultum veneri! quodsi videres idem alceri contingere vas innocent, idem duntaxat, quomiam habet similitudinem cum priore, quomiam magis artonius suspens? Ecce autem: Christus nihil in se habuit peccati, quia *sanctus, innocens, impassibilis, servatus a peccatoribus erat.* Solum habuit speciem, *missus in similitudinem carnis peccati.* Et vides tamen, ut illum Deus tradidit: Proprio Filio non peperit, omnium peccatis concudendum dedit, lacertari, discerpi; laetari permisit, nec aliam ob causam, quam ut eliminaretur peccatum. O anima!

credis hoc, & nondum quidote obreficere solo peccati nomine? hodie te fiet sermo inutili, si tam atrociter levitur in filium? fuge, abline manus, elude damnabiles mundi, carnis, damnos invitationes: &c. Verum, ut ulterius gravitatem peccati agnoscamus.

Pro peccata nulla pura creatura potest satisfaci.

5. Singe hominem, qui tanto, tamque immenso ere alieno repositur gravatus, ut nec omne aurum, quod haecenus ab orbis conditore fodinis erutum est, nec omnes maris Eridrae gemmae, nec omnium Regum thesauri essent solutioni sufficere, & scito, tantum, tamque immensum esse debitum peccati: ago enim coactura in unum cumulum omnium sanctorum merita, cilicia, jejunia, flagella, & austeritates, nec tamen haec omnia unius lethalis peccati veniam condigne mereantur. Ponamus, quod innumerabilia Angelorum millia assumpto humani corpore crudelissima subirent martyria: ponamus, quod simul omnes Angeli ordines, & hominum myriades per milles & amplius annos inferorum tormenta sustinerent: plus dico: ponamus, quod ipsa Dei Mater in lacrimis diluere: nihilominus haec omnia adeo immensa merita non essent sufficere ad extinguendum unius peccati: rationem assignat Angelicus Doctor (*2. 2. q. 1. p. 3. a. 2. ad 2.*) quia videlicet peccatum in quantum injuria Dei est, malum infinitum est; infinitum autem malum per merita mere finita, ultra qua pura creatura nequit alligere, componari de condigno non potest. Necesso igitur erit Deum incarnari, ac pati, ut infiniti emeriti malum, per infiniti pretii remedium componeretur. *Agnosce, O homo, exclamat hic Bernardus, (serm. 3. de Nat. Dom.) quam grava sint vulnera, pro quibus necesse est Dominum Christum vulnerari!* Et tu rides, jocularis, choreas ducis, pericula peccati non reformidas? &c.

Christus mortuus est ex odio peccati.

6. Verum hic se mihi dubium offert: quavis enim peccatum infinite injuria malitiam in se complectatur, numquid misiori supplicii genere a Filio Dei poterat expungi? omnino; quavis enim actio Theandrica, unicum suspensum, unica lacrimula, unica sanguinis guttula, cum propter amorem Verbi infiniti sit proci, de se fuisse sufficere ad expungendam mille mundorum delicta, ita expresse testatur Bernardus: (*Tom. 4. serm. 40. p. 1.*) *Una gutta sanguinis Christi suspensa erat pro Redemptionem nullum mundorum.* Cur ergo mille injurias, spura, alapas, flagella, spinas, & infame crucis supplicium solite subire? Responsum ad propositum mihi suggerit sanctus Cyprilianus inquit: (*de Pass.*) *Hae omnia sustinuit Dei Filium, ut tanto majus odium adversus peccatum in humanis mentibus excraret. Si enim*

amarissima Passio tam crudelis, tam enormis modo vix sufficit ad effrenos animos arcehdos ab illicita voluptate, peccato minus ad ingerendum, prout par est, peccati odium, una eroris guttula, esse sufficiens? Nunc primum intelligo, cur sanctus Apostolus Paulus (Rom. 6.) de cruento Calvaria Sacrificio differens, ait, Christum mortuum fuisse propter remissionem peccatorum peccatorum. Quid ais sancte Apostole? an ergo per mortem Christi remissa iniquum sunt peccata mortem Christi precedentia? an non sufficit Passio ejus ad expungenda peccata etiam consequentia? Omnino sufficit: verum obtulisset Auditores! Paulus tantum mentio- nem fecit de precedentibus peccatis, quia putavit, post cruentum spectaculum Passionis Domine nullum amplius peccatum in totomundo perpetratum iri. O sancte Apostole: utinam! utinam! Verum cheu! quid modo diceres, si his temporibus prateritum bacchanalitis cerneret petulantiam, impudentiam, ac impietatem Christianorum? Abstineo a lamentis, & deuo quaro, cur Christus non saltem per crudelissimum flagellationem, alioque dolore factisfactum esse judicaret? cur mortem ipsam sustinere voluerit? percipite iterum Scripturam.

7. Saron illud fortitudinis prodigium extremo odio persecutus est Philisteos, combussit illorum fegetem, millenos asini maxilla trucidavit, aliaque eis mala frequenter irrogavit. Denum captus ab inimicis, & in templo delusus rogavit Deum, ut pristinam fortitudinem recuperaret: recuperavit: & ecce collisis, quoque templi formicem sustentabant, columnis, Philisteos omnes una secum obrulit: subintrat hic Dominus Barabensis. (Luce 19. 4. in 26.) Non poterat Saron magis experire odium, quo Philisteos persecutebatur, quam occidendo se ipsum, ut illos a vita exterminaret. En, o peccator! erige oculos, & animum in hunc Crucifixam, & ex hoc spectaculo gravitatem peccati merire: Deus mortuus est. O prodigium! oportuim! edicere quare? respondet Ilias: ut auferatur peccatum. (Isa. 57.) An possit esse gravius odium Dei adversus peccatum? ut hoc delictum, se ipsum una interficeret. & si queras, mi homo Christiane, quomam ergo peccata in Dei Filium tam crudeliter severint? percipite caucis: Indignatus est olim David viro illi, a quo quicquam pauperis oculos occidam putabat: verum a Propheta Nathan audita: Tu es Illeus. Audi o peccator: hanc ipsa tibi verba in faciem reprobo: Noli indignari Iudicibus, hincis, crucifixoribus, Tu es Illeus. qui de Dei Filium interficisti, tua vivendi libertas ligavit iunibus, tua superbia coronavit spinis, tua avaritia vendidit pro te nihil: tua luxuria lanxavit flagellis, tua intemperantia potavit scelle Divinum Redemptorem, &c. & necdum peccare desinis? necdum bacchanalitis valedicis? necdum periculosa confortia fugis? &c.

8. Si hac de veritate dubitas, interroga sanctam Gertrudem. (Vita S. Gertrud. l. 4. c. 15.)

Dam innocens Virgo hac ipsa quinquagesima Dominica Divinam Misericordiam pro peccatis Christianorum, qua his fatalibus apollito frequentiora sunt, deprecatur; ecce! apparuit illi Christus Dominus et ipse, qui fuit flagellatus, & inter duos cariffimos ligatus, quorum unus illum spinis, alter flagellis percutiebat. Colorevit sancta anima, & Divinum Sponsum interrogavit, qua ratione hic dolor illi mitigari posset? respondit salvator: si quisquam devoto corde meam Passionem reculerit, rogarique poterit pro peccatoribus, a quibus crudeliter offensus, ille utique vulneribus meis gratissimum emplastrum, ac linimentum est allaturus. &c.

9. Epilogus. Audis ista, O peccator? memoria amara passionis emplastrum est Christi vulnerati. Ah! per ego te igitur hac ipsa vulnera obestor, memento trucidantem Passionis, & his diebus identidem cogita: quid? peccata hominum trucidaverunt Filium Dei, & ego ad quod peccatum amare, ego; cooperari; ut optimum Redemptor denovo tradat, illudat, flagellat, & conspuat? abste a me: vultus bacchanalia, que sine offensa Dei mei celebrari non possunt. &c.

Feria VI. Cinerum.

CONCEPTUS I.

De obligatione jejunii Quadragesimalis, ejusque apud multos Christianos laxa observatione.

Extenuant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Matth. 6.

EXORDIUM.

Jejunium hoc tempore parum affigit. Quia Christiani sunt valde laxi.

1. Gentilis Rex Nabuchodonosor urbe Jerusalemitam potitus eo populo Israel puerorum aliquos delegit, quos regis dapibus nutriti junit, ut adipari, nitidi, & obesi digne fierent, qui ad Servitium Regis destinarentur. Inter hos erat Daniel, qui cum ethiopicorum cibus salva lege velci non posset, rogavit prapropitum Eunuchorum, ut se cum focis suis loco Regiarum dapum leguminibus, & aqua pasceret: (Dan. 1.) Refrigit Malabar (id nominis erat prapropit) metuens, ne Regis indignationem, si vultus eorum solito macilentiores cerneret, in caput suum contraheret: Ne metue, sicut Daniel, probationem decemdiassu jejunii nobiscum sic, & videbis vultus nostros nitidiores, quam puerorum, qui regalibus obonosis pascuntur: quod & factum est. Hic siltare, & admirari debeo rem aliquam: quam illam? nempe supervacuam solitudinem Malabar Prapropiti

Posto

Posto enim, quod Daniel non rigidius jejunium servasset, quam Christiani nostri temporis, plane de facie illius macie non habebat, quod anxietur. Christiani enim nostri temporis quadraginta dierum jejunium in nobis abdomen ad suum deducit, ut non minus ad partem appareant in Paschate; quam in Bacchanalitis. Quid! an forsam idem miraculum cum iis, quod cum Daniele contigit? Non puto: sed fiant per artem & ingeniosas inventiones ita attemperare rigorem jejunii, ut cuticula neminum quidem noceat. Sunt, qui imbecillitate stomachi obtendant; sunt, qui laboribus suis se exculant; sunt, qui plusculum sibi liere per negotia parant; sunt, qui per generosos tantum supplet defectum escas; sunt, qui dispensationes extorquent; & sere demum nullus est, qui non favorabile dictamen proficavenire calleat, ita ut non tam jejunent, quam, ut cum hominem Evangelio loquar, appareant hominibus jejunantes.

2. Prapropit. Dilectissimi Auditores: loquar parum de obligatione jejunii; quia hac parte plane apud multos Christianos invenio errores, qui forsam coram Domino Deo non perinde levces sunt, quam ipsis appareat. Favete.

§. I. Quadragesimale jejunium est antiquissimum & sancta observatio. Magna vobis utilitates.

3. Confirmatio. Observatio Quadragesimalis jejunii antiquissima est in Ecclesia, & ab ipsis probabiliter Apostolorum temporibus derivata: instituta est tum in honorem quadragesima dierum, quos Mundi redemptor inedia, ac jejuni in deserto consecravit, tum ob singulares utilitates, que in humanum genus exinde redundant. Queritis Auditores, quantum sint ejusmodi utilitates? Taceo emolumenta corporalia; cum ad sanitatem, longavitatemque proficuum sit, uti felse demonstrant sancti Patres, (S. Bonav. in Dial. r. 15.) & solum in memoro, quod jejuni non sint potentiora arma, quibus oppugnetur diabolus: quomodo? inaginamini vobis castrum arte & situ muniffimum, dux praefidiarius validissimus edit, ita, ut illius expugnatio impossibilis videatur. Quod remedium superest, ut superetur? respondeo, inedia: si modus superest victualia illi subtrahendi, acum est, expugnatum est, victoria parva est. Insuperis tenchbarum dux, qui corda peccatorum tenet, sollicito custodit atrium suum; fortis armatus est, cuius potentia viribus mere naturalibus vincit haud potest. Quid agendum? inedia superetur; cuiuscumque enim peccati genus vincitur, si peccati fomenta, & pabula subtrahantur. O mi homo, luxuria diffusus? jejuna: iracundia deditus? jejuna: superbia tumens? jejuna: Invidia lives? jejuna: & certe animi morbo remedium invenisti. Unde dicit S. Ambrosius (serm. 25.) castra nobis sunt nostra jejunia, qua nos a diabolica impugnatione defendunt.

Clavi Spiritus, Concione, Pars I.

Obligat omnes, qui rationabili causa non eximantur.

4. Hac obligatione jejunii stringuntur omnes, quos rationabilis causa non excipit, aut excusat. Has rationabiles causas autem Cardinalis Cajetanus (in summa V. Jesus.) ad tria capita reducit, videlicet, ad impotentiam, necessitatem, aut pietatem melioris boni. Ex impotentia exculantur pauci, infirmi, praegnantes; & senes; qui ob virium imbecillitatem egent confortamento: Ex necessitate exculantur operarii, fossores, famuli, alique, qui vel muneris, vel alenda familia causa tenentur ad ejusmodi labores, cum quibus stare non valet jejunium. Ex pietate majoris boni exculantur, qui misericordiae seu corporalis, seu spirituales operibus vacant; jejunium enim praecipitur, ut promotivum, non ut impeditivum majoris boni. Monendum hic tamen est, quod nec in casibus particularibus sibi ipsius iudex esse debeat, utrum hic, & nunc hac causa sufficienter excuset, nec ne? sed, quoniam amor proprius plus nimis excacat, omnino suadendo consulendos esse consanctos arbitros, Parochos, & animarum curatores.

In primitiva Ecclesia erat ingens rigor jejunii.

5. O quanto cum rigore primis Ecclesiae temporibus jejunium hoc observatum fuit: audite, & obtusepiscite. In quodam concilio Constantopolitano (Menech. cent. 3. c. 11.) constitutum fuit, ut tempore jejunii quadragesimalis Christiani omnes universim ab omni molabit, consequenter non solum a carnis, sed & a piscibus abstinerent; praeterea calvus, ova, alique fructus, qui a viventibus derivantur, vetiti erant, & quidem tam rigorose, ut transfresores, si fuerint Clerici, degradati, si laici, excommunicati fuerint. Aegrotantibus non concedebantur carnes, etiam extremum agerent spirituum, sed ad summum illis indulgebatur usus olei, & vini, quo utroque bene valentes interdici erant. Quo ergo citroque genere vebantur in quadragesima? pane, & aqua, ac nonnullis arborum frugibus, quae secari, & per hycem aservati poterant. Ecce! si agere solebant Christiani, etiam laici, quando primavus fervor adhuc in Ecclesia vigeat, & quidem repenunero inter vestissimas persecutiones, & quotidiana mortis pericula. Quid dicam de hominibus sanctis, & Religiosis, quorum jejunium non tam abstinentia, quam elucreserat. Narrat Palladius (in hist. Laus. l. 17.) de Tabennensis Monachis, quod per integram quadragesimam ne calidum quidem bolum gustaverint. Lucianus (in Dial. Philippii. commemorat, fuisse Christianorum haud paucos, qui decem solum sine cibo transigerent. S. August. (Ep. 86. perhibet, fuisse suo tempore, qui hebdomade non nisi semel reficiebantur. S. Hieronymus (Ep. 22. ad Eusebium) de sancta Virgine Atcella refertur, quod integris septimanis sine cibo fuerit. Taceo austeritates plurimum aliorum, qui inter continous labores, aut celestium rerum cocontemplationem mirabili profus inedia corpusculum extenuarunt. &c.

H 3

§. II.

J. II. Nunc autem est ingeni tepor.

6. Quid ad hac mei Christiani? nondum erubescitis, dum nostra tempora cum illis, nostramque tepiditatem cum primorum Christianorum fervore conferitis dicite obsecro, an de quadragesimali jejuniu prater inane nomen quidquam superfit? quis est adeo conscientiosus, ut hinc sancte legis libens, volensque submittat? immo ut a contrario loquar, quis est tam rudis, & bardus, ut non per excusationes frivole excogitatas huic oneri se subducere satagat, ita, ut ubi antea fere fuit nullus, qui se non obligatum putabat, jam fere sit nullus, qui se non exemptum putet? percurramus nonnullos hominum status, videamusque an non ferme singuli se eximant: pauperes iniquant, ego non teneor; quia tandem devorare debeo quicquid ex aliorum beneficentia mihi in manus venit. Famuli & ancillae dicunt, ego non teneor; quia vires conservare debeo diurnis laboribus integras. Operarii dicunt, ego non teneor; quia per quotidiana stipendia familiam alere debeo. Rustici dicunt, ego non teneor; quia ad imminens tempus agriculturæ, & seminandi me robustum, & ac validum esse oportet. Opifices dicunt, ego non teneor; quia cum jejuniu stomacho incapax sum tractando officio. Scribae, Praetores, Officiales dicunt, ego non teneor: quia labor capitis in formandis ratiociniis, epistolis, & conceptibus magis refectioem indiget, quam labor manualis. Nec minus mulieres se eximunt, quia ob imbecillitatem ventriculi statim agilitates, ac febriculas ex jejuniu metuant. Divites, cum nullam invenire possunt rationabilem excusationem, suppleant defectum ciborum per generosam vinam, per delicatas cupedias, per pretiosa belularia, & condimenta, per inconditos haustus, aut opiparum prandium per aliquot horas produnt, ita ut sub specioso titulo unius refectiois tota fere die vorant, & ingerant. Scitis, Auditores, quomodo modernum jejuniu mihi videatur? percipite in simili. Dominorum aliquis adificat domum, fabricat lignaria licentiam dedit ea lignorum faecamenta, quæ de trabibus, signisque deladolaverint vesperi secum domum asportandi. Quilibet ergo fabricat lignarius, antequam vesperi domum remearet, de trabibus frustrum ligni decussit, quo factum est, ut denique trabs ferme ad similitudinem festucarum fuerint extenuata. Ita jejuniu mihi apparet: quilibet de eo aliquid decussit, delolat, furripit, ut demum prater inane nomen nihil remaneat. Sc. Incidenter hic monere debeo de crassissimo quodam errore, quem in plebe praesertim rustica satis universalem adverto: putant permulti per quadragesimam tantum tribus diebus in septimana esse diem jejunalem, videlicet die Mercurii, Veneris & Sabbathi, contra in diebus Lunæ, Martis, & Jovis, excepta sola abtinentia carniu opinantur idiplum esse licitum, quod extra qua-

dragessimam. Deveni in varias domos diebus Lunæ, Martis, & Jovis, & ubique vidi in quadragesima ad libitum vorari; monui non una vice, ut meminissent jejunii, & semper mihi responsum fuit: hodie non est dies clivialis: Mei Christiani erratis, erratis: tantum diebus Dominicis licita est duplex refectio; ceteris diebus omnibus per hebdomadam licita est unica: jejunandum est: auditis, percipitis? Adhuc crassius delirabat ille, quem aliquando in hodierna die Cinerum egregie tota die vorantem deprehendi: monui illum de jejuniu, & respondit mihi, hodierna dies utique adhuc pertinet ad saturnalia. O stupiditatem! O teporem! de quo merito dicimus: *Noluit intelligere, ut bene egeret. Sc.*

Dispensationes non semper excusant coram Deo.

7. Quid dicam de nobilibus? hæc abdominaria idola, & carnis tinea, quamvis stomachos habeant decumnis haustibus, & compotationibus pares, nihilominus quamprimum seria quarta cinerum appropinquat, statim amore cuticulae ad imperandas dispensationes convolvant, a medicis male conscientiosus attestatum infirmæ valetudinis auro coemunt, & sic ab Episcopis exemptiones a jejuniu excusantur. Rusticus in inferno quæsitus a nobili, qua de causa damnatus esset, respondit: ob fractionem jejunii. Vicium querebat rusticus nobilis, & qua de causa tu in hunc locum venisti? respondit, ob fractionem jejunii; at nunquid, inibat rusticus, tu habuisti dispensationem? habui quidem, subianulit ille, verum hæc fuit summa mei infortunii, quod in articulo mortis ad me venerit diabolus illiteratus, qui characteres legere, & consequenter diploma dispensationis intelligere non potuit, atque hoc non obstante me immisericorditer huc rapuit. Christiani Auditores! per hanc fabulam nulla tenus tenere volo, quod Ecclesiastici superiores non habeant potestatem legitime dispensandi, sed id solum significo, ejusmodi dispensationes sape non persequere coram Deo, ac coram hominibus valere; quia sunt nonnunquam superbitæ, & falsis precibus fraudulenter impetratæ: Ecclesia multoties dicit, dispensatio, sed non benedico, dispensamus, sed conscientias vestras oderamus: quodsi deinde ad articulum mortis devenimus fuerit, tunc principem conscientiam lancinant, & pungunt ejusmodi privilegia subdole, & mendaciter adjuvant.

8. Ludovicus cognomen Pius, Romanorum Imperator, (*Beatus in Vir. Lud. Pii.*) non obstante sua pietate, erat in Regimine infelicissimus; clappat a tribus filiis Lothario, Pipino, & Ludovico, qui novi Absolones subditos contra Parentem ad rebellionem concitavit, prout urbem Basileensem, quo stabilicium, pacis causa convenerat, contra fidem datam nefarie occupatum, & Suesiam in captivitate abductus est, ubi regni insignia deponere, & mo-

nach-

nachalem habitum induere coactus fuit. Quæso, quibus pasculis meruit optimus Imperator tam severe a Deo plecti? Nescio quidem, verum hoc nimis quam certum est, quod quisquis erga Deum tenax, & liberalis est, etiam vicissim Deum erga se tenacem, ac liberalem sit expecturus. Quæ de causa a Deo castigari meruerit, ipsemet scire capit ad ultimam sententiam, & extremos vitæ dies deductus: ibi aliquando quadragesimale jejuniu tanto cum rigore tenuit, ut præter SS. Eucharistiam nihil obsonii gustasse videretur, idque in penitentiam, quia videlicet per vitæ decursum observationem quadragesimalem parum curaverat. Ecce mei Christiani! quam longe diversum iudicium de rebus nostris concipimus, cum fatalis hora appropinquaverit. Sc.

9. Epilepsi. Ite, ite dicite nunc, non possum jejunare, non teneor, non volo: cum aliquando ad mortis confinia devenimus fuerit, tunc videbitis, quod potuissetis: tunc inter lacrimas & suspiria deplorabitis, quod amove ab dominis vestris excecatis adeo illiberales fueritis erga Deum; quia periculum erit, ne & vicissim Deus erga vos cum illis gratis donisque, quæ in illo terribili articulo ad salutem apprime sunt necessaria, sit furvus illiberalis. Sc. Amen.

Peria IV. cinerum.

CONCEPTUS II.

De usu & utilitate sacrorum Cinerum.

Memento homo quia pulvis es, & in pulverem revertetur. Gen. 3.

EXORDIUM.

Sicut sanguisuga appetitur; Ita homini concupiscentia compescitur per cinerem.

1. SACER Proverbiales inter alia ænigmata, quorum intricata est sensus obcuritas; hoc etiam de sanguisuga proponit, inquit: Sanguisuga dua sunt filia dicentes; offer, offer: (*Prov. 30.*) quid hoc effat? uniusa multiplici SS. Patrum interpretatione statim Mellissus Doctoris sensum amplector, in hæc verba animadvertens, per sanguisugam intelligi propriam voluntatem, & per duas filias, duas propria voluntatis concupiscentias, nimirum concupiscentiam vani honoris, & concupiscentiam voluptatis. Audiamus verba Bernardi: (*In Ezechielem.*) Propria voluntatis dua sunt filie insatiabiles, clamantes offer, offer; sequalem nec animus satiat, nec corpus voluptate satiat. Quemadmodum enim sanguisuga insaturabili aviditate sanguinem sugit; ita plane mundanus homo, ubi voluntus propria dominium gerit, ita terrens vanitatibus inhiat, ut necesse animus ambitione, nec corpus voluptate exagitetur. O quantum hæc utraque concupiscentia

exarsit, præsertim his diebus Saturnalibus, ubi liberiori frano in vita cursum est? quid vidimus his diebus nisi solutis honestatis regulis passim in Symposiis, in choreis, in plausibus, in crapulis, in immodestis factis, verbo in vitæ licentiam gentilitatis amulam itum esse? quælo, quod malo est remedium? quæ arte reddendi in honestatis orbitam sunt animi? De sanguisuga insinuat Viciotius Belluacensis (*h. 29. spec. c. 155.*) insignis remedium, quomodo a sanguinis appetitu cohiberi queat: *Parum cineris assum, & pulveris super os ejus, statim se contrahit, & appetendo cessat.* Etc. Hoc idem est remedium, Christiani Auditores! quod hodierna die Ecclesia usurpat, ut effraem humani animi libidinem compescat. Modico cinere conspergit fidelium capita, simulque voce Sacerdotis admonet: *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem revertetur.* (*Gen. 3.*) Eri hoc, hoc cinere expugnatur hominis ambitio, cum cogitat, ex qua vili pulveris, & luti origine ascendat: hoc cinere expugnatur hominis voluptas, cum cogitat, in quam vilem pulveris, & luti coronidem sit migraturus. Dubitatis de hæc veritate?

2. *Proposio.* Ergo demonstrabo, dum de usu, ac salutari utilitate sacrorum Cinerum paucis disseram. Dicite Auditores, remittere animi tumorem, atque in cinere & cillio veniam deprecari eorum vitiorum, quæ forsitan ex saturnalium luxitate contraxistis: Favete.

J. I. Concupiscentia ambitioni expugnatur, cum cogitat homo sua originis villitatem.

3. *Confirmatio.* Injctum faciamus de prima sanguisuga filia, volo dicere de proprie voluntatis prima passione, videlicet superbia, & ambitione: Est hæc passio homini quasi congenita; quemadmodum enim Protoparans Adam mox primæve suæ originis oblitus ex insinctu diaboli Divinitatem affectavit; ita nonnunquam homo supra seipsum elatus caput attollere, & contra Deum Cresorem suum sollicito se peccare præsumit; contemnit Deum legem, vanitates saculi præhabet æternis bonis, tumorem Domini excutit, contemnit Deum, improprie seque patat sui solius Dominum esse sine ulla Numina reverentia. O homo! obsecro quid agis? huc cineres, huc cineres: *Memento quia pulvis es, & in pulverem revertetur.* Non sine ratione in veteri lege præcepit Deus, ut lumæ de oblati volucibus in eundem locum abicerentur; in quem cineres holocausti; ut videlicet significaretur, prout annotat Origenes, (*hic.*) numquam hominem promptius, quam insultu cinerum excutere plumes superbie, & elationis.

4. Numquam vidistis, Dilectissimi, si forte Dominorum nonnullus a famulo suo, quem e vili mendicabilis in non meliorem fortunam evertit, ostendatur, statim ad compescendam illius ingratitudei ei humilem originem,

H 4

prio-

præterquam statum exprobat, dicendo: impie, ingrate recorde, qualis fueris; nempe miserabilis, ac centonibus vix bene contextus sipes, & ego te quasi e limo & luto extractum honorifico in munere collocavi: talis exprobratio nonnumquam famulum morigerum facit. Ita Deus egit cum peccante Adamo in paradiso: confessim post pravariationem præcepti, obicit illi suæ originis vilitatem: *In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es.* (Gen. 3.) Ita hodie nam te nobilissimum agit, dum sacro nos cinere conspergit, quasi diceret: O miser & fragillis homo! recorde, quod e pulvere terre te extraxerim; recorde, quod ad dignitatem imaginis dei te elevaverim; recorde, quod potestatem habeam te iterum reducendi in ignobilem terræ glebam. *Quid ergo superbis terra & cinis?* (Ezek. 17. v. 2.) an unquam auditum est a saculo, (Ezek. 10. v. 9.) quod opus manuum contra factorem suum confurgat? nonne penes figulum est, (Rom. 9.) ut e limo conficere possit, vel vasa honoris, vel vasa ignominie? Nonne quod lutum est in manu figuli, id ipsum vos estis in manu mea, ita ut penes arbitrium meum sit, hæc vasa confringere, iterumque reficere? *Jerem. 18.* audi, audi, O homo! hanc exprobrationem; ante oculos hæbe tuæ originis vilitatem, & certe dedices contra Deum superbam cervicem erigere. Percipiamus porro e Scriptura hanc veritatem.

5. Ex amicis Job quidam nomine Eliphaz hoc ei consilium dedit: *Visitans speciem tuam non peccabis.* (Job 5.) volebat dicere, ut in speculo se considerans speciem suam videret. Jam notate, Auditores! speculum inquit Raulinus ita conficitur: vitrum, quod ex natura sua est translucidum, retro cinere & argenteo vivo illinitur, alias certe radii vultus introspectientis non reflecterentur, sed oculi transpicerent, & ad alia objecta extravagarentur. O quam extravagantes sunt oculi superborum; unus inuenitur progenitorum nobilitatem, alias munusculi sui dignitatem, tertius suas divitias, iste corporis robur, ille suam scientiam; unde fit, quod alios qui ejusmodi dotibus carent, suspicillose despiciant. Quid consilii contra hunc tumorem? *Visitans speciem tuam non peccabis.* ex tuis cineribus. O homo! confice tibi speculum, inque his considera, quam transitoria sint omnia, que usque adeo manei facis: cinis es, pulvis es, in pulverem paulo post desines, hic unus factus omnis brevi tempore paupericuli respersionis pedibus conculcabitur. Verum amplius quid est, quod Eliphaz amico suo submissivum voluit, dum ei suavit, ut speciem suam videret? Quid illud? Potest homo, si cum Locis loqui placet, duplici modo considerari, secundum speciem; & secundum individuum, seu ut clarius loquar, secundum naturam, & secundum accidentia. Natura hominis est, esse fragiliter, lutum, mortalem; accidentia sunt esse nobilem, divitem, pulcrum, prudentem;

hæc enim omnia homo vel habere vel perdere potest, utpote que non natura, sed ex casu possidet: Jam si vis a peccatis liber & immunitus esse, dicere vult Eliphaz: visita speciem tuam, id est naturam, non accidentia: nolite ad attendere, in quibus homines ab invicem differunt, sed in quibus omnes conveniunt: non considera, qualis homo sis, sed quod homo sis, nec tibi sub oculos veniant, que accidentaliter possides, sed que a natura & origine creationis tuæ habes, videlicet lutum, & cinerem. O Christiani Auditores! quam salubris est hæc doctrina ad retundendam ambitionem, & fastum: an enim fieri potest, ut homo Deum offendat, ejus legem contemnat ob res mere accidentales, que paulo post mortis spolio relinquere debet? &c.

§. II. Concupiscentia voluptatis compositur, si homo cogitet suam coronidem.

6. Altera sanguifusa sista, volo dicere, altera propria voluntatis passio est concupiscentia voluptatis: hoc est illud fascino, quod millenos hominum animos infatuat: queruntur delicia hujus sæculi, diliguntur immunde mundi illecebæ, hunc in finem instituntur choreæ, frequentantur symposia, sunt conventicula: hunc in finem delicate nutritur caro, calamsitatur capillitium, facies inungitur, formositas desideratur, nihilque est frequentius, quam amare, & amari, ita ut abhic forditæ, ab oculorum levitate, a desideriorum libertate nec ipsa adeo templa sint immunita. O homo, obsecro, quid agis? huc cineres, huc cineres? *Memento, quia pulvis es, & in pulverem revertentis.* (Gen. 3.) Memorat Lactantius Firmianus, (in lib. de ira Dei.) contra morium viperæ non esse præsentis remedium, quam cineres ex combusta vipera. Caro, & concupiscentia carnis est vipera venenossima. O mi homo Christiane! si ab hæc fatales tentationum morbos patiaris, age, adhibe cineres, considera pulverem, in quem voluptuosa caro tumulo dum omnibus suis deliciis revertitur, schæbebis thesaurum contra illius insidias effusa cæcilianam. Ita Petrus Damiani: (1. epist. c. 19.) *Non est libidinis diversorium, in quo versatur moris sepulcrum.* Evolyanus iterum Scripturam: *1. ad Rom. 7.* Babylonius Morsus Scrupuram: *1. ad Rom. 7.* longè præferbat, quia reges apes illi appropiata, ut autumabat, comederet. Decepto autem erat in eo, quod sacrificiis, & illumine nocte furtive in templum illabi, & idoli saccula absumere soleret: Daniel, ut fratriem hanc regi detegeret, aliquando lapsus in templum deserit, iussit, simulque cinere pavimentum circa mensam conspergit. (Dan. 14.) Altera die cum referretur foribus Rex in templum ingressus absumptos cibos cerneret, jamjanque divinitatem sui idoli præcubande deprecare inciperet, fuisse gradum, fuisse plautum, O Rex, ajebat Daniel: intueret hos pavimenti cineres. *En vide vultu tuum*

genum, mulierum, & infantum, non tum idolum, sed illi devorantur regales epulas. Rex ira exardescens sacrilicium omnes trucidari præcepit. Recte factum: verum quæro, quis prodidit Regi fallaciam? quis? vasa in cinere vestigia. Adesse vos immunde Veneris sacrificuli, qui in forditis voluptatum dapibus regales delicias vobis imaginamini, adesse, & in sepulcorum cineribus relicta vestigia intuiimini. *Cyrus fuit hæc vestigia?* sunt vitrum, mulierum, & infantum, qui ante nos vixerunt, qui iidem delictis pascianhelabant, quibus vos inhiatis: quid nunc de illis superest? audit Bernardum: (apud Raul. 17. 1. de morte c. 5.) *Ubi sunt,* inquit, *ubi sunt amatores hujus sæculi, qui ante paucos dies nobiscum fuerunt? nihil ex eis remansit, nisi cineres & vermes.* Veni, vani, O impudens juvenis; aperi si lubet, aperi hunc tumulum, in quo adolescenti tui similis lascivus, effrons, impudicus requiescit, en in exelis oculorum scrobibus nidulantur duo foedissimi balones; en ex ore delicatissime palbo scaturiunt vermes; en aures olim musica, & cantilenis afflicte perforantur a viperis, quare cum S. Augustino, (serm. 48. ad Frat. in Exem.) hinc est ille formosissimus Ganimedis amulus? itane in hanc finem destitunt ejus illecebæ, ut nunc subter eum stentur cineræ, & obprobrium ejus sui vermes? (Ista. 14.) Veni, veni, O vanitas puella: aperi si lubet hunc tumulum, in quo tui similis inveteranda vanitatis amatrix reconditur, en in cribrum illud capillitium, nunc sanie, ac tabo spatium illud capillitium, in illa lumina quondam fidei conclucitur, en illa lumina quondam fidei, nunc pululum sunt sinecurum, ac vermium, en illa faces olimque adeo dilaudata, nunc fortorum exhalat intolerabilem. Interroga modo cum illis præterentibus: *Hæc tibi est illa scabel.* (1. Reg. 9.) tot animum, oculorumque magnæ? perpende egregiam voluptatum coronidem, & ex aliorum cineribus confice tibi medicinam contra carnis irritamentum efficacem.

8. O quam salutariter hanc medicinam sibi applicare novit ille Monachus, de quo Raulinus, (Atract. 1. de morte. Et serm. Exempt. V. Insuperia exempt. 7.) quod a malo da mone formosæ capuldam semine imaginatione vehementissime fuerit tentatus. Quid egit Dei simul? contigit, ut paulo post illa Helena, tentationis suæ objectum & visus excederet; ita ergo ad ejus tumulum, frustumque mortualis linteæ plenum sanie, & seculum odore fecit domum importavit; cumque recedisset impuri pruritus, illud nato admove, fibique ipse acerbè exprobrare solitus fuit: hæc tandem essent illæ delicia, quas tam famelicè anhæleret? ita in fugam egit importunum tentatorem. Alius, qui fere integro trionio molestissimis tentationibus ad amorem culpam lenium invehabatur, emortua illa referavit tumulum, sequat penes purulentum cadaver projecit, eundem in morem insultabunde sibi illiit: (Compend. 1. 2. num. c. 30.) *En petulant raro,* habes jam quod aude concupilli, age, fructe deliciis usque adeo amatis. Non erat qui

dem natura par perferendæ huic violentiæ, & factori, sed gravi deliquo animus defect, nihilominus hæc victoria Dei famulus ab omni Alfordai assultu deinceps præstitit immunem. &c. &c.

9. Epilogus. En Christiana pectora! quantum utilitatem nobis ferant hodierni cineres, quam salutare doctrinam nobis inculent, quam victoriosè rebelles concupiscentias expugnent. Agricæ Dilectissimi! hæc spirituale utilitatem hodie ex sacris cineribus capite; veniet tempus, cum de unoquoque vestrum haud plus supererit, quam tantumdem cineris, quantum hodie in capite recipitis: cogitate, quid tunc fecisset opubitis? Eheu! non effugitis, sed tantum mutatis cineres; cumque hodiernis in emolumentum animæ salutariter usurpare nolueritis, incurretis alios in lamentabile anime detrimentum, nempe in eo loco, ubi damnati æternum incinerati sunt. O infelices illi! quid darent, si possent esse inutiles illa incineratione hodie ad utilem admittit? quod illis designatum, hoc vobis concessum est, hæcque libero, si in omnibus actionibus et originem, & coronidem vestram ante oculos habeatis, semperque cogitatis verba hodie vobis insinuat: *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem revertentis.* Amen.

Perix IV. Cinerum.

CONCEPTUS III.

Invitantur peccatores ad penitentiam.

Hæc dicit Dominus: convertimini ad me in toto corde vestro, in jejuniis, in fletu, & in plangitu. Joel. 2.

EXORDIUM.

Peccata in Bathanathis commissa desenda sunt.

AN tandem transit Bathanathia phreclasis? an finita lunt lymphia in feram noctem protracta? an inconditi rillus, seccannini joci, choreæ, computationes, immodestie, & histronica deliramenta ad finem perducta sunt? sunt etenim perducta: Et quid tibi, mi Bonc? te singulariter alloqui libet, O peccator, qui forsitan his diebus animam lethali macula conspurcavisti quid tibi, inquam, ex his nugis nugarum jam remanet super? Non respondes? ergo ego dicam: Remanet tibi vertiginolium crapulis caput, stomachus debilitatus, sanitas destructa, Dei offensio, celum perditum, inferni reatus, animi tristitia, & conscientia lancinantis tumulus. Eheu! suntne hi amarulenti fructus peccati? ita est, hi sunt: non credunt, pie monenti, nisi usque experimentum capiat. Nunc autem quid agis? *Converti quid facias, cogito quid fecisti.* inquit cum S. Gregorio: (serm. 34. in Evang.) quam quæris medicinam malo? utique non eris insipientissimus